uendum respiciunt quod necessarium est habentes. quæ autem animales: & sensum cadentes: & motrices ad bene uiuendum sunt accommodatæ. nec earum ulla non nutricando membrum adducit corruptionem: sed non mouendo: aut non uidendo: aut non audiendo neutiquam mortem tamen parit. in pectore namq; propter suffocationis imminentiā ꝑpetuo mot⁹ influxu suscitatur ut ei inoleuisse uideatur. at naturales potentiæ hunc tenorem habent & numerum. hac de causa cum enim nutricatio & sanguis frigidus sit non fuit possibile ipsum nutritæ adherere particulæ. oportuit igitur uim esse rursus appetentem quoniam omne alteratum & transmutatum corpus hoc diu patitur ab alterante & faciente idq; non absq; tempore necesse fieri secundam uim retentiuam ad suppetendum alterationi sanguinem: & quamdiu satis sit reliqua est tertia alteratiua quandoquidem concoquens alteratiua est utilem sanguinem particulæ accommodat: si ita fors tulerit neruo: inutilem autem relinquit qui remanens non modo iter retegit: & spiramenta future secunde attractionis sanguinis ad nutrimentum: sed permanendo intabescit: non dubium igitur quin necessario quarta quædam facta sit uis expulsiua quæ per incertam spirationem: & sensibilitatem quæq; per sudores superfluum expellat. Hic igitur est tenor & numer⁹ naturaliū potentiarū. nosse aūt expedit ut in nō nullis quidem partibus sunt quæ uim æqualem habent: ut in neruo & uena: & osse in quibus particulis actio peculiaris tantum erit. & in quibusdam ita una est educta ut nō una dumtaxat propria sit actio. sed etiam communis iniecta toti corpori ut in aluo & iecore magis distributiua extenditur uis & actio in liene: & stomacho: & fellis uesica & renibus præcipua est appetitiua. In cæteris autem ut in uesica expulsiua eminet in uulua autem retentiua dominatur. itidem & in quinque sensibus animalia quædam aliis: quædam aliis excellunt: ut in cane quidem uis odora. in aquila oculorum acies acuta: in eo autem qui protogeustes appellatur indico inquam animali gustus sagacitas. ī serpentibus porro & quibusdam auibus tactus sollertia: in apris uero auditus præstat sensus.

Protogeustes.

Cur quinque dumtaxat sunt sensus: & non plures aut pautiores? quod ad naturam & numerum eorum que sub sensum cadunt sunt sentiendi instrumenta. tactus siquidem experitur aspera & leuia: & dura & mollia quæ insolidis sunt qualitates. gustus dulce & amarum ac salsum & hic genus alia que ī humidis sūt: & siccis. olfactus quod male quodq; bene olet quæ in euaporationibus inueniuntur. auditus sonituum: & fragorum est explorator: quæ circa aeris uersantur collisionem uisus colores diiudicat qui in tenuissimo & ætheris lucido spiritu sunt collocati. solidum siquidem effusum humidum efficitur. humidum porro uapor: uapor autem aer: aer uero æther & tenuis spiritus per idem ac cathena quædam est & series quæ a terra cælotenus adoleuit. differunt plane aer & spiritus motu & tenuitate. siquidem spiritus aer est motus sicut in uentis est uideri: motus porro necessarium etiam tenuatur.

Cur in ossis corruptione adiacens caro inuenitur squalida scaturiosa: liuida? quoniam corruptio oritur a membris distemperantia. distemperantia porro corrumpit: & uim distributiuam ostendit. ipsa igitur nequit legitimam & solidam gignit ac rubicundam carnem siquidem sanguis a natura non transmutatur.

Cur columna uel aliud pondus in aquam proiectum summergitur in asseres autem quid uis coniectum nequaquam ut in nauigium. dicendum quod maximam uim habens aer ob leuitatem: subiensq; asserum spiramenta innatare has facit utcunq; honus habeant impositum. columna nanq; aut ferrum cum obstipata habeat spiramenta: & ob hoc quiddam graue sit. non innatat: quoniam spiritum non admittit. ita enim & in mari demersi ob hoc certe summerguntur. deinde post aliquot dies innatant iter putrescēdū enim corpus ex eo spiritus generatur qui spiramenta replens: & pulmonis branchia leue ad innatandum corpus efficit: inde etiam ferunt quendam apud mare sicarium id ipsum cognoscentem ita que cæde facta cæsorum pulmonem desecuisse atq; excepisse deinde in aquam proiecisse: ne morticinia possent innatare: & ob hoc diu latuisse: illesa quoq; oua in aquam proiecta summerguntur: quæ autem illisa: et excussa innatant:

quæq; in ipsis sunt humida in aquam dispersa: quod putrefacta: quod aquosa: qd' spumosa spiritibusq; refertissima euaserint pariter innatant.

Cur inhecticis antequam assumatur cibus aliquantulũ aquæ medici præbent? quo solida membra exiccata humectentur: & ad cibi solidi excipiendam naturam fiant idonea: ita enim: & ædificantes aqua murum conspergunt at que ita calcem madefaciunt.

Cur in ardentib⁹ febrib⁹ qui periodicos idest cõpræhẽsim & incirculum ægrotãt exhorẽt quod patẽtibus spiramentis calor extrorsus expiret densatis autem introrsus intro cludatur excendente igitur extrorsum qui in nobis est calore frigus exoritur atqui correptis per frigus corporibus horrores exoriuntur atq; consistunt.

Cur frigus infestum est ossibus: dentibus: neruis? quod terrestris concretionis sint hæc omnia. atqui frigidum terrestre est: frigefacta distẽperamentũ subeunt atq; leduntur.

Cur in cunctis transmutatis genitũ deterget gignentis & distribuentis colorem? quod transmutantes sunt potentiæ naturales quas natura percalluit inhabitare solidis ut in solidis sint particulis: in neruis inquam: & ossibus: & uenis: & omentis: & arteriis neq; in humoribus: neq; in spiritibus: ut pote fluidis: & infirmis. & procliuiter uires depromentibus. nam cum omne corpus ex his tribus constet. solida certe coloris albi sunt. non iniuria igitur in iurina cõcoctio alba est: & pus: & lac: & sæmẽ. & mucus: lippitudinesq; & lacteum in aluo nutrimentũ & id genus alia. sanguis autem ruber cum quod ipsum gignit iecur sit rubrum. sane genitorum quædam omnino contra naturam sunt ut calculus: & lũbrici: & uermes & podagrarum spiramenta: & ex pituita salsa impetigines: & uitiligines quæ leucæ dicuntur: & similia. ex corrupto autem succo ortum habentia: ea omnino secundum naturam sunt. ut sæmen: & lac: & sanguis: & fœtus: & caro: & huiusmodi quæ a natura procreantur germina legitima. quædam porro media inter ea sunt quæ a natura: & quæ contra naturam sunt: quæ naturæ concoquentis superfluitates dici possunt sputum inquam & stercus & urinam: & lachrymæ: & collecta in auribus sordes: & lippitudines & similia. egregia uero temperamenta naturales potentias gignunt & animales ut quidam putant: aut ipsarum: ut uerius est sunt instrumenta. ad instrumẽti siquidem adeptionem uis etiam se exercet. ita enim & neruis incithara aut uocibus in tibiis examusim digestis optime se artifex exercebit. male autem digestis nõ ex sententia se exercebit ubi ipse quidẽ nihil patiat' potẽtia uero artẽ habens conseruatam: & nõ utiq; actu. ita igitur etiam cerebro si ita contigerit eo per distemperamentum sub uerso: anima rationalis nihil se exercebit per sese autem immota manet potentia: ut cunq; sit in actione propter id quod in mortale in ipsa est. Concinno ergo temperamento insignita: quam habet uim ad actum recte depromit. actiones autem opus ipsum atq; effectum: ueluti calidum & humidum temperamentum iecoris uim sanguinariam procreat aut ut putant aliqui custodit sanguinaria uero uis sanguinis copiam gignit. sanguinis autem copia effectum ipsum sanguinem ostendit possibile autem per resolutionem & impedimentum dicere si fuerit sanguis conseruatur sanguinis copia. sin autem quoq; hæc sit uis sãguinaria. quod si ipsa cõseruatur: nõ dubium quin etiam iecoris temperamentum. quod si bonum temperamentum conseruatur: temperamentum quoq; elementarium suppetet.

Cur acetum in uuluam immissum infestum est? quod sit maxime sub sensum cadens uulua ob immensam in sæmine excipiendo uoluptatem & quia est admodum neruosa: & quia immoderate ad fœturam inhiat acetum igitur acrore ipsam lãcinans. & carpẽs offendit: quem admodum & thoracem cum omentosus: & musculosus sit. quidam autem aiunt per quandam contrariam passionem infestum esse enarrantes utpote medicantem aliquando pariendi locum tegere muliere mercedis gratia acetum cum alia aliqua specie instillantem. ob hoc habuit puerperium conuulsum & ualde dolens. dissimulans autẽ id quod est curare instillauit quædam rursus illi loco: & ipsam habuit conualescentem: & id furatrix faciens causã præbuit impietatis in postremis suffocationibus. quidã aliqua bene olentia depromunt uuluæ. alia uero putẽtia naso ipsã a iatã esse rati ut grauiter quidẽ olentia fugiat ad bene olentia: uero ꝑcurrat: & ꝑinde se ad suũ locũ recipe: at mihi potius uidentur bene olentia cum tenuium sint partiũ potẽtiæ: & calide secare: &

distrahere glutinosum eius humoris qui est in uulua morbosi. grauiter autem olentia quippe quæ crassarum sunt partium potentiæ spiramenta obtegere: nec ipsam sinere ut excurrat. cæterum comitiali morbo laborantibus prolapsum gignunt grauiter olentia uelut pẽnæ combustæ lapis gagates: bitumen: cornu & omnino lanæ suffimenta: picata exusta: lapis thracia aqua quidem exustus: oleo autem extinctus. delata enim per nares partium crassitudo euaporans crassum reddit & compescit animalem spiritum iam crassitudinem & frigiditatem percipientem ineptumq; ad agendum animæ spiritum animalem efficit. corpus igitur ab anima non euectum suoq; honere pressum atq; conuictum procidit atq; cumbit. pro

Cur qualitate cõtraria eandem faciunt passionem? pariter nãq; frigiditas & caliditas rhigorẽ exuscitant: id plane ob aliam atq; aliam causã: ac affectionem. fit siquide a flaua bile rigor: quippe quæ acris est a qualãcinata & compuncta membra ad egestionem suscitãtur quod cum perpetuo factum est ut hæc quidẽ fluitet & pungat hæc uero suscitentur per successũ gignitur rigor: qui fit ab ĩmoderato quoq; algore extrariæ naturæ membrorum transmutatione: & continue insurgentium ad egerendum. quod enim moderatum id membrorum naturæ amicum est. ĩmoderatum porro alienum atq; perniciosum. itidem & in frigido licet ĩtueri. oritur autem primo frigus: deinde horror consequitur exinde quod adhuc maius est rhigor.

Cur uinum cum pane in febre & in debilitate exhibemns nec tamen uini caliditate febrem exacuimus? qm̃ primo quidem paucum præbemus & exile: ut æger mediocri caliditate succẽsus confestim per omnia membra reficiatur accedente panis potentia: ac ita membra nutricans ipsorum uires exacuit ad morbosi succi cõcoctionem. item uinum quoq; nutriens roborat. Licet sane tibi inspicere hæc duo præ omnibus nutrimentis proprietatem quandam ad nutricationem & membrorum robur moderate tradita habere sicut & lõge diuinitate quadã excellentissimus Homerus astipulatur inquiens.

Et cibus & uinum uires: roburq; mistrant.

Compauit autem cibum uino quod solus absq; uino possit nutricare. Vinum autem solũ absq; pane nutricare non potest. quod si culpa aliqua obuenerit potest hoc mendosa membra corrigere: & hæc duo odoris sui qualitate sucta possũt roborare trãsmissi per nasum: & stomachum: & pulmonem: & oĩno per membra. similiter etiã pomum qualitate sua ĩcorporea roborat. mãsum uero ut panis: & essentia & qualitate. acetum porro & puleium deficiẽtem ĩstaurant animum id ꝓpterea quod succi qui in stomacho est qualitatem secẽt olfacta id facit ac roborat acetũ: & uitiũ pampini: & myrtus: et rosæ: et huiusmodi alia in febribus olfactu sucta mentem quoq; possũnt aĩare atq; instaurare.

Cur oleum nulli humori ammiscet? qđ cum sit glutinosum: et crassarum partiũ: et concretum: ĩtenuesq; partes minime sectile sicut cætera humida: alteri humido nõ cedit in ꝓfundendo ac cum aliis remiscendo. sane quæ sibi adherescunt per temperamentum coeũt uelut elemẽtorum qualitates: primas ubiq; habentia ĩteremptas q̃litates: et alias procreatas quæ rursus possint a natura separari et conseruari. mulsum aũt et oxycraton naturã quidẽ imitantur: quæ sensu quidẽ per temperamentũ esse existimata sũt. sed re ipsa nõ sũt et quãtũ ad naturã attinet ĩtempie substãtialiter sunt quẽadmodũ elementa. alia per appositionẽ ut hydrelæon: alia per mixtionẽ ut ordea frumentis: alia miscent per ferruminationẽ ut lapis lapidi. alia per astrictionẽ et similitudinẽ ut sanguis carni: aut medulla ossi. alia per anfractum: ac cõmissurã: ut lignũ ligno per anfractus quosdã medios reuinciuntur. alia per deuinctionẽ inter se atq; cõplexum ut circus circo alligatur. in rebus aũt aĩatis uelut in luctantibus. cit modo horum nullo corpori anima cõmiscetur propter multa quæ adducerẽtur absurda. Verum eniuero potius per accõmodationem adheret corpori anima: medio quodam quod amborum naturæ aliquatenus capax est: et amicabiliter creatum: et sapienter editum id utrumq; ammiscet corpori incorporatum immortale corruptibili: purum impuro: diuinum terreno: sicut ratio nobis dictat: atq; demonstrat. in iecore enim concocto sanguine: ac transmutato ab ea quæ ibidem est moderata caliditate et humiditate uaporosus spiritus procreatur: qui per cauam uenam penetrans cum sanguine ad cor: et impensius calescens

& attenuat⁹ aerosus euadit: & rursus per carotidas arterias remissus ad cerebri accessũ naturæ prouidentia: ibidéq; proprietate quadam naturali sub cerebri frigiditate institut⁹ immoderatum feruoré eiiciens ætheri simillimus spiritus euadit: qui aĩæ ad actioné est instrumentum: quemadmodum ferus equus sub fræno rectus atq; moderatus. ita & is fræno correctus ab ineffabili ui quadam naturæ. Interea loci aer quoq; per respirationem subiens in corde tenuatus & per arterias ad cerebrum penetrans nutrimentum constituitur ætheri: & animalis spiritus: quod si corpus est corpus etiam accoluit. sin autem tenuissimus: & putilatissimus: & maxime perspicuus: amat certe ipsum aĩa rationalis corpus quidem utcunq; qc quid idest incorporeum: & uinculum medio interiectum inter extrema essentiam habẽtia contrariam. hic spiritus recte quidem residens cuncta animæ suggerit per rationem administrãda: qui si immoderate inalgescat: & cõcrescat crassescatq; & ad firmam animæ actionem minime fiat idoneus: ĩertiores & languidiores mittit effectus. Cum aũt ĩmoderatissime inalguit: crassusq; factus est etiam oĩno corpus. hác propter essentiæ ineptitudinem in interitum ducit: sicut in lethargis: & attonitis: & frigidoꝝ uenenoꝝ potione. sed rursus cũ immoderate incaluit: & præter decoꝝ commouetur anima ad ĩmoderatius aliquid peragẽdum adigit iuxta animæ in deliriis actiones. quod si adhuc in eo excedat: ac multiplicetur animam quoq; abolebit propter id quod nõ adsit utrũq; deuinciens. Verum & aliũ dei speculemur effectum. nam cum hanc a corpore cælesti & diuino missam: terreno corpori oportuerit ĩcludere opificium & corporis colorem: ac figuram quæ ad ipsam faceret sapientissime commentus est. quãdoquidem caput ipsum globosum cõfinxit perinde atq; pusillum quoddam cælum, cerebrum aut per lucidum & splẽdidum cõstruxit. spiramenta ei septem tribuit in astrorum errãtium numerum confingens: necnõ uniuersum corpus uoluit excellere & in toto corpore eminere: ac ipsũ cõtinere sicut cælũ circũquaq; cũcta cõpræhendit q̃ oriuntur: quæq; intereũt.

Cur animalium alia quidẽ plura: alia uero pauciora pariunt? quæcũq; in quã natura breui tẽpore comprehendit ea multiplicis fœturæ produxit fœtuum multitudine exigui temporis fœturã resartiens. Cuiusmodi sunt porci & canes: gallinæ: pisces: quecũq; longæua sunt eadem porro exiguæ fœturæ. satis enim habuit natura tempus fœtuum cum raritate cõmutare. cuiusmodi est elephas: serpens: cornix que uero diuturnitate media sunt eadem fœturæ etiam sunt mediocris. Iuxta quoq; similitudinem animalium a terra sunt progenita. Cererius siquidem fructus cum exigui cõductiq; temporis sit sæmentem plurimam facit. stirpes aũt quæ longæuæ sunt paucos edunt fructus. necnõ iuxta fœtus multitudinem mãmarum quoq; numerum natura commenta est. proinde in quadrupedibus animalia quaten⁹ corpore fuerint uastiora: & per terram iter facientia: nec admodum laborãtia eatenus introrsus fœturam natura recõdidit. uolucribus enim ob corporis breuitatem & in aere nutricationem uolatu captantibus quod laborent fecit extra ea quæ fœturæ sunt & propagationis.

Cur impressionũ definit⁹ est motus paroxysmorum quod tãtum succi morbosi natura putre faciat quantum queat concoquere. cum igiẽ definitum sit quod cõcoquitur definita etiã sit uis & tempus necesse est sane quilibet succus suam habet exhalationem siquidem a sãguine uapor generatẽ: qui humidus et calid⁹ est: qui etiam in coquobis in quibus est calida aqua in eorũ præcipue operculo uapor ĩuenitẽ

Macrobius.

Cur si uasa uini atq; olei diutine semiplena custodias uinum ferme in acorem corrumpitur oleo cõtra sapor suauior cõciliatur utrũq; dissarius ait uerum est in illud enim uacuum quod supne liquido caret aer aduena incidit qui tenuissimum quoq; humorem elicit exorbet eo siccato uinum quasi spoliatum uirib⁹ prout ingenio imbecillum aut ualidum fuit uel acore exasperatur uel austeritate restringitur. oleum autem supuacuo humore siccato uelut mucore qui in eo latuit absterso acquirit nouã suauitatem saporis.

Cur oleum quod in summo est: uinum quod in medio: mel quod in fundo optima esse creduntur. nec cunctatus Dissarius inquit mel quod optimum est reliquo ponderosius est. in uasis igitur mellis pars quæ in imo est utiq; præstat pondere et ideo supnatante preciosior est. Contra in uase uini pars inferior admixtione fecis non modo turbulenta sed etiã sapore deterior est. pars uero summa aeris uicina corrumpitur cuius admixtione fit dilutior. unde agricolæ dolia non contenti sub tectum reposuis

& in balneorũ fastigiis ita nubes in aere crassa quæ densata aqua por ro efficitur. eodem aũt modo & sanguis exha latio densata in sãgui/ né rursus redit. a flaua auté bile cũ sit fumida se defodiunt & operimentis extrinsecus illitis muniunt remo/ uentes quantum fieri põt a uino aeris contagionem a quo tam manifeste leditur ut uix se tueatur in uase pleno & ideo aeri mi nus peruio cæterum si nõ hauseris & locũ aeris admixtioni pate feceris reliquum quod remansit oẽ corrumpitur. media igitur pars quãtum a confinio summi utriusq̧ tãtum a noxa remota est & quasi nec turbulenta nec diluta.

caliditas: & arida sicut & in lucernis ardentibus fumus. ab atra aũt bile fauilla: sicut ex ar/ dentibus lignis cinis niger qui magis aridus est. a pituita porro fumus perinde ac ex uiridi/ bus lignis ardentibus humiditatis: & crassitudinis & lancinantis essentiæ particeps retinet aũt in uniuersũ in oĩ humido genitum gignentis essentiã.

Cur mel inueteratum: aut supra q̃ satis sit excoctũ amarescit? quod suã amiserit humiditaté: quæ mellis magnã excernebat caliditatem. idé sane patitur omne quoq̧ humidum dulcis qualitatis particeps ut uinum: & ius unde & crasses cũt & iminuũtur: queádmodũ uinũ est quadripartitũ. habet siquidem innatãtem florem: qui leuissimus est: & fæcem residenté & crassã: & humiditatem diuturnitate consũptam: & ipsũ uuidum ac uinosum nutricacem eo dem modo & mel hoc aũt quod in ipso humidum superfluum potentiæ cuiusdã sordidæ ẽ particeps. unde crudum quidem sordescit. coctum uero dũ taxat nutricat: qm̃ ab igni exci/ pitur quod in ipso redundat. enimuero oleosa ĩueterata pinguedinem sustinent: ut butyrũ hysopus: oleum: axungia. quælibet aũt qualitas ex tem peraméto & sua est qualitate. nã dulcedo ex caliditate plurima: & humiditate. acror aũt ex caliditate plurima & siccitate. salsor uero ex siccitate plurima: & exigua frigiditate. acor porro ex multa frigiditate & humidi/ tate. acerbitas aũt ex siccitate pauca: & plurima frigidi tate: austeritas uero ex extensa plurima siccitate: ac fri giditate. rursus amaritudo ex siccitate plurima atq̧ ca liditate. pinguedo autem ex humiditate plurima & exi gua admodũ caliditate.

Hysopus quod etiã hysopũ dícit herba est purgatrix stomachi a pi/ tuita ꝓpter caliditatem quæ in ip sa est sũt q dicãt nõ herbã sed mix tioné saponinã ut est nitrum. aut œsipus forte scribitur qui quo pa cto fiat amplissime expositũ ĩue/ nies apud diascoridé libro scdo.

Cur ebrii cũcta admodũ uertiginosa uident? qm̃ ex multo uino plurima his fit exhalatio eua porãtis ad cerebrũ spũs: qui cum distrahi nequeat ante cõcoctioné: & perinde aliquãdiu re tectus nequit erumpere uniuersũ cõcutit: & circũuertit cerebrũ: & ita cõuersus per uidendi neruũ qué opticũ uocant & pupillã euadit ad ea quæ uident. & talia ipsis cuncta uideri fa/ cit: quod eni ĩtus est id extrorsus imagine concipiunt: unde & uertiginibus caligãt. oculi ex terius a quoꝝ uertigine & circũuolutione nomé ĩuentũ cũ a uino fiat. id etiã euenit ab suc cis multũ exhalãtibus: ac cerebrũ ĩplentibus & efficientibꝰ morbũ quem scotomaticon idest tenebricum uocãt.

Cur iidé nerui a cerebro: & tergi medula ad mẽbra dimittunt: nec tñ ipsoꝝ eadé est actio: sed diuersa? qm̃ nõ solũ iuxta essentiã mẽbri actio pmutat sed iuxta eius talé fabricã. alia siqdé est fabrica atq̧ formatio nerui uidendi: alia audiendi. alia gustãdi: aliaq̧ oris & alui alia & ĩ cæteris similiter: nã uidendi neruus pertusus est: audiendi aũt magis explicat: nõ nihil auté plus gustãdi. oris porro alui neruus ĩpensius circũuoluit: qui aũt alui est globose diffũdit. ita nãq̧ & ĩ cithara: qui crassior est neruus sonũ maioré emittit: qui uero tenuior aliũ in ali/ is ĩstrumentis idem tibi licebit ĩtueri iecore & splene ubi circũacta caro quæ paréchyma di cta ab offusione nomé adepta. at in renibus & corde quædã carnis est ꝓprietas. in stomacho aũt recti ines quos quidã latine uilos uocãt trahunt obliqui uero eiiciũt. Veꝝ in aliis mem bris obliqui cohibent: ut in uulua: & uenæ quidé: & arteriæ: & omenta in uno quoq̧ mẽbro opportunitatis rationé tenét. quæ coĩa sũt in oĩbus quoq̧ cõperta habent. qd uero ꝓprium id etiã cũ aliis particeps nõ est qñ quidé peculiarem suã efficit actioné.

Cur grauidæ circa secundum: ac tertiũ mensem citissãt hoc est uæhementi quodã comedendi aliquid aguntur desiderio? quod natura ob fœtus cõformationem mestruũ omne in uul/ uam cogat. id cum illud se receperit: malum humoré iuxta uasorum redditionem aliqua/ tenus in os uentris protrudit: quod sane cõmotum a praua qualitate suscitatur in appeti/ tum nutrimentorum extrariorum. concupiscunt autem iuxta succum obiectum. nam si me

lancolicus fuerit: ut fors ita ferat fuligines appetũt aut crustas. si pituita acorem. si flauã bilis irritantia: & compungentia. si mixtio quædam uaria fuerit extrarios appetitus habent. quod autem id uerum sit ex eo manifestum: quod non omnes hoc faciunt. nam quibus sãguis cogitur: utilis est succus & a superfluitatibus immunis. at qui post tertium mẽsẽ cessat desiderium. quod exin redundantem sanguinem conformatus fœtus excipiat: neq; amplius remittat ad stomachum: idem patiuntur aliqui heluones: & uoraces quod extrariis succis uentris os impleant: quos purgari uæhementer expediuerit. dicitur autem cittisso a citta idest pica aue semper bolos & magna quæq; deuorãte: aut quod uaria sit colore: & extraria quemadmodum hoꝝ comedendi libido est.

Cnr autumnus temperamento inæqualis eodem die: & æstum & algorem habens? quidam aiunt ipsum talem habere naturam: infandam: prauam: nonnulli autem physici id propterea esse aiunt: quod sol per huiusmodi zonam signiferi motus: terram ita conuertat. alii uero quod per id tempus uenti huiusmodi sufflent diuersi: & uarii. alii autem quod terra superne exusta ab immoderata æstatis caliditate in algorem se commutarit: & talem auram remittat cum aer adhuc sit calidior. nõ desunt etiam qui dicant: quod inter æstatem & hyemem medius sit: & contrariorũ particeps. sed temperamento falluntur nam nihilo sæcius id facere oportuit etiam uer. inspice autem ut diurnum nocturnumq; tempus quattuor temporum temperamentum imitatur ante lucanum siquidem tempus ueri simile est: meridies æstati. post meridiem uero uesperatenus autumno: nox porro hyemi: cum solis discessu frigida sit & humecta.

Cur labor somnum allicit: cum labor corpus exiccet: siccitas autem expergefaciat? dicendum quod non proprie labor somnum elicit: sed per medium quoddam frigiditatis inquam excitatæ: & humiditatis exiccatæ. labor siquidem proprie siccitatem gignit. humiditatis autem exiccatio frigoris est augumentum. Proinde natura humidi nutrimenti absumptione animalisq; spiritus conquiescit: quo amissam rursus reparet instauretq; humiditatem.

Finis est libri problematon Alexandri aphrodisei e græco in latinum a Georgio ualla iampridem rogatu præceptoris sui Ioannis marliani mathematici longe prestantissimi translati: & nunc demum cum imprimendum datur ab eodem propter uarias occupationes cursim & uno ut aiunt oculo recogniti. Vale.

Impressum Venetiis per magistrum Antonium de strata cremonensẽ. Anno domini. M.cccc. lxxxviii. octauo caleñ. decembris.

Laus deo.

Nicola. Gupalatini Veneti physici præfatio in problemata Aristo. ad sixtum .iiii. pontificem maximum.

p ROBLEMATA ARISTOTELIS EMENDATISSIMA. VT Nunc sunt latina lingua ante hac non habuit. nam Theodorus gazes. de Ro. lingua optime meritus quã ĩterpretationem Nico. V. iã diu dĩcauerat. emẽdauit nuper sub Sixto ꝑsente. iiii. ponti. maxi. Testis ego sũ qui eo dictãte scribebã quãtũ laboris ĩsũpserit senex doctissimus annũ cõtinuũ in emendandis plurimis librarioꝝ erroribus. Deprauati erant certe græci codices oẽs. Ipse tñ exactissimo iudicio ut optimũ interꝑtẽ decet. tũ ob linguæ græce sibi uernaculæ. atqꝫ latinæ elegãtiæ peritiã sũmã. tũ quia paripateticæ sectæ studiosissimus semp extitit. id in ꝓblematis fecit qđ in aliis quoqꝫ rebus fieri solet. ut ex multis corruptis ac ꝑuersis quodda integrũ atqꝫ optimũ factũ sit. Quo fit ut quibusdã expositorib⁹ nr̃atib⁹ plerũqꝫ ignoscẽdũ sit. si multa aristotilicæ sñíæ neq̃quã conuenientia. uel ob græcaꝝ lr̃aꝝ ĩperitiã uel codicũ errores tradãt: dicãtqꝫ: plerũqꝫ optima qdẽ. sed nõ rei necessaria. aut officio boni expositoris accomodata. quẽ Galienus ĩstituit. ut nõ q̃ uera sibi esse uident᷑ dicat: sed quæ ex mente auctoris sũt. etiã si falsa sũt. exponat & explicet. id libẽtius dixerĩ qđ facile mihi ꝑsuadeo multos errores defectusqꝫ plurimos in artib⁹ ac scientiis aliisue rebus euenisse ob auctoritatẽ & existimationẽ ꝓfitentiũ ex uulgari fama cõperatã. Nõ stati oĩbus credendũ est: qnimmo oĩa sũmo iudicio pensitãda & discernenda. atqꝫ uniuscuiusqꝫ rei sua causa quoad fieri potest inuestiganda & cognoscenda. nõ tã erudite ac sapienter philosophia post Pithagorã & alios multos a plerisqꝫ præsertim Aristotelis tradita fuisset. si stati audito ut Cicero ait de Pithagora ille dixit. nõ ulterius in philosophíæ rimationem progressũ esset. fortuna certe ut in nobisipsis ita quoqꝫ in nostris tanq̃ in oĩ re dominet᷑. ut Salustius ait plurimum ualet: ut hunc aliqñ perpera extollat. ita illum diu latentẽ in lucem merito aliquãdo emittat. Nõ igitur alliciamur trahamurqꝫ fortune auctoritate. sed exactissimo naturæ iudicio ducamur: quod & si pauci sane attingunt. ut nõ abre uulgo dicatur: paucis datum esse habere nasum. tamen nihil prohibet. ut contra fortunæ opinionem iudicari melius de omnib⁹ non possit. itaqꝫ facile credam sicut hoc problematum opus ob pleniorem de omnibus rebus scientiam reliqua alia Aristotelis scripta antecellat. itaquoqꝫ cuidam magno fato ita subiectum fuisse ut hoc potius tempore quam multis retro seculis. Theodoro interprete quamfacillime intelligendum prodeat in lucẽ. Sic ars oratoria. militaris. medicina: poesis. pictura. multaqꝫ id genus pro temporum uarietate fatum suum sortita sint. ut nunc latuerunt. nunc emerserint nunc incognita & uili. nunc preciosa & cõmendatissima sint. ita ut non immerito uulgo dicatur. Circulum esse res humanas. Agendæ igitur immortali deo gratiæ infinitæ sunt ꝙ uicissitudinem suam nostra ætate problemata habeant ut nunc intelligi possint. & ita intelligi ut Aristoteles ipse nunc latine planeqꝫ loqui uideantur. Quã utile autem sit hoc opus quiuis facile diiudicare potest. Nam si Aristoteles in omnibus suis scriptis philosophari. tum uel maxime in hoc uidetur. cum quærat fere de singulis proprias causas. ac sic determinando. atqꝫ cuiusqꝫ rei causã suam assignando id in problematis re ipsa. & quasi digito ostendit qđ in aliis suis libris ꝑsertim Analyticis postremis. uerbis atqꝫ uniuersalit᷑ præcepit. Demonstrationẽ igitur quãtũ humana mens põt de rebus naturalibus atqꝫ artificialib⁹ hoc potissimum opere colligit. ut id auditor consequat᷑. quod Maro poeta canit. Fœlix qui potuit reꝝ cognoscere causas. Hãc aũt nouissimã ꝓblematũ recognitionẽ & emẽdationẽ cũ per impressiuã artem in cui⁹ laudem multa in proemio Io. Damasceni Venetiis impressi dixim⁹ diuulgandã curarem⁹ Tibi Sixte. iiii. pont. maxime. quo regnante facta est merito dicauimus. tãquam optime auspiciis feratur in lucem Si tibi ex oĩbus christianis principibus. ut maximo itaquoqꝫ religiosissimo. ac philosopho grauissimo. opus Aristelis philosophoꝝ principis dicatum sit.

ARISTOTELIS PHILOSOPHI PROBLEMATVM PARTICVLA PRIMA INTERPRETE THEODORO PER VLTIMAM EMENDATIONEM.

Vr exuperãtiæ nimiæ cõmittendi morbi uim habeãt. An quia uel exceſſũ
c uel defectum efficiant. qua quidem re morbum cõſiſtere certum eſt.
Cur morbi ſæpe curari poſſunt ubi quis abũde exceſſit. equidẽ nõnulli me-
dici eã artẽ exercẽt. ut nonniſi p exceſſũ agãt uel uini uel aquæ. uel ſalſu-
ginis. uel cibi: uel mediæ. An qm̃ cauſæ q̃ morbos cõmittunt. aduerſæ in-
ter ſe ſunt. atq; ita efficitur. ut genus alterutrũ duci p exceſſum alterius in
medium poſſit.

Cur tẽpoꝝ flatuũq; mutationes morbos ĩtendãt. tollãt ue: iudicẽt uel cõmittãt. An q aut fri-
gidæ: aut calidæ: aut humidæ: aut ſiccæ ſũt. morboſq; q̃litatũ huiuſmodi exceſſus cõmittit.
Secũda eteni ualetudo mediocritas q̃dã eſt. Quod ſi per humidã frigidãue materiã morb⁹
cõſtiterit: tp̃s accedens cõtrariũ tollere illũ poterit. Sed ſi minus cõtrariũ ſubſecutũ ſit: qui
ſimilis ſtatus tp̃is ſupuenerit ĩtendet ſane. atq; ĩterimet. quo etiã fit ut qui bene ualẽt ægro
tare tp̃e mutato ĩcipiant. Corporis enĩ pinde tempamentũ ſoluat̃ neceſſe eſt q̃ppe q̃d non
niſi tẽpoꝝ: ætatũ locorũq; ſtatu idoneo aptũ ſit augeri ſeruariq;. Quãobrẽ cũ tp̃a euariãt
ratio tunc ualetudinis habenda diligenti⁹ eſt. Idẽ aũt illud pro cauſa particulatĩ etiã adeſt.
q in uniuerſũ propoſui de tp̃ibus mutationes eteni flatuũ ætatũ atq; locoꝝ pro tp̃is cuiuſ-
dã mutione accipi debent. Quapropter hæc etiã intendendi: uel tollẽdi uel iudicãdi: uel cõ
trahendi morbũ uim habent queãdmodũ tp̃a. Et ſideꝝ ortus: orionis: arcturi: uergiliaꝝ ca
niculæ. qui flatus ĩbreſq; excitãt. qui ſerenitates frigora teporeſue ſolent adferre.

Cur uomitus cũ tp̃a ĩmutant̃ citari maxime debeat. Ne cõturbatio redũdet cũ uaria excremẽ
ta materiæ ĩutilis ex mutãdi rõe pueniãt. Vnde fit ut cibũ alii paꝝ cõcoquãt: alii paꝝ cupiãt

Quãobrẽ qui uel cibo uicioſo ueſcunt̃: uel fame diutina laborãt pedibus intumeſcere ſoleãt.
An utriſq; per tabẽ cõſũptionẽq; illud accidit. Tabeſcũt enĩ & qui eſuriũt. quia nullũ penĩ
tus capiunt alimentũ & qui uicioſe ueſcũtur. quia q̃d aſſũpſerint pfrui nequeunt.

Quãobrẽ cum uicia bilis per æſtatẽ cõtrahi debeãt. morbi acuti qui certe ex bili cõſiſtũt p hye
mẽ potius urgeãt. An quia febribus illi comitati acuti ppterea ſunt quia uiolẽti. Violẽtia ue
ro cõtra naturã eſt. Locis enĩ quibuſdã in corpore humeſcentib⁹ feruens oritur ĩflamatio q̃
cũ nõniſi caloris exuperãtia ſit: febres utiq; accẽdere põt. Aeſtiuo igit̃ tp̃e arida calidaq; ui-
cia male hoĩes hñt. Hiberno aũt humida calidaq; pinde acuta celeriter nã q interimunt cũ
pp̃ter humoris ſupercreſcentis abundantiã concoqui neq̃ant.

Cur morbus peſtilẽs ſolus ex oĩbus uiciis precipue afficiat eos: qui ad laborãtes eo morbo pro
pe acceſſerint. An q̃d is ſolus oĩum morborũ cõĩs oĩbus hoĩbus eſt. Itaq; peſtẽ facile oĩbus
infert: qui ſcilicet deprauato iã habitu ſũt. Fit enĩ ut morbo cubãtis ueluti quodam fomite
ſuccedente uicium illud protinus exultet. cõcipiaturq; in aliis.

Cur ſi uenti ſeptẽtrionales hiemẽ occuparũt. Ver aũt auſtros: pluuiaſq; exibuit: æſtas pxima
grauis tã febribus quã lippitudĩbus ĩſequi ſoleat. An q æſtas corpora nr̃a mulrũ humoris
continentia excipit & terra madet & hĩtandi locus per humidus eſt. taliſq; reddit̃ q̃lis qui
grauis perpetue cõſtat. Primũ itaq; lippitudines ſubeũt: cũ excrementa humoris in capite
delinq̃re ĩcipiunt. Ita enĩ ĩtelligendũ eſt: ut res eadẽ & calidiſſima & frigidiſſima reddi poſ
ſit. ceu aqua uel lapis feruet: etenĩ illa urit hic uæhemẽtius. Fit igit̃ ut aer ſuæ craſſitudinis
cauſa calorẽ pleniorẽ ſuſcipiens exardeſcat: & corpora pari rõne anxietate æſtuq; uexent̃.
æſtus uero in corpore: febris in oculis lippitudo eſt. Deniq; mutatio q̃q; calida corpus puer
tit: cũ ſcilicet cælo adhuc madente æſtas ptinus ſicca & calida occupauit. uiciũ etiã auget̃ ſi
pluuia æſtas acceſſit. Ita enĩ uis ſolis materiã late obtinet. quã ferueſcere tũ in corporib⁹ tũ
in terra: tũ etiã in aere faciat: qua de cauſa febres oriuntur & lippitudines.

Cur ſi hiẽs auſtrina & pluuioſa fuit: uer aũt ſiccũ & aq̃loniũ eſt: corpora tã uere q̃ æſtate mor-
bi exercẽt. An q̃d hiemis tepor & humor faciũt: ut corpora tp̃i eiuſmodi pxima ĩ q̃litate red
dant̃. Humida enĩ laxaq; fiãt & ſoluta neceſſe eſt. Quæ cũ ita ſe hẽant uere frigido atq; ſic
co facile cõcreſcere poſſũt & ĩdurari. Itaq; grauid æq̃b⁹ tũc adeſt part⁹ ob ortu p̃iclitant̃. ui
delicet in caleſcẽdi crudeſcẽdiq; rõne. Quæ res ſideratio appellata eſt quĩ ſicca illa cõmittit
frigiditas ĩpatiẽs oĩno excernendi humoris. Infãtes uero quos gerũt ĩbecilles leſoſq; ĩmo-
dicã ob frigiditatẽ edunt. Accidit enĩ ut qui tũc cælo ſereno naſcunt̃ iidẽ pluuio benigne &
cõſtiterint & nutriti fuerĩt ĩtra parentẽ. Cæteris uero quã pituita uicio ſuæ nimietatis pur

e

gata nõ est. Qđ fit ubi uer tepidũ se exhibuit. Sed coacta a frigore cõstitit cũ tepor occupa
pauit: æstatis ui colliq̃scit si biliosi sicciq; sũt: ꝙ eoꝝ corpora minime humidã sed sq̃libundã
sortiunt̃ naturã. Excitant̃ quidẽ humores sed tenues. Quãobrem eos lippitudo arida male
habet. Si uero pituita redundãt raucitates distillationesq; in pulmonẽ oriunt̃: mulieres ex
torq̃nt difficultates intestinoꝝ quia natura sunt humida frigidaq;. Seniores stupor attoni
tos reddit: ubi uniuersus resolutus humor ĩcubuit: exq; ĩbecillitate caloris natiui cõcreuit.
Cur si æstas sicca & aquilonia fuit: autũnus ex aduerso humidus atq; austrinꝰ hiems q̃ ꝓxima
est dolor capitis: raucitas tussisq; oriant̃. atq; in tabẽ demũ euadãt. An qa hiẽs multũ mate
teriæ excipit. itaq; humorẽ cogere atq; pituitã ĩde cõficere magnũ ei negociũ est. Ergo dif
ficile est humorem densari: cõficiq; ĩde pituitã. Qđ si ĩ capite humor cõstiterit grauitatem
commitet. & si nimius frigidusq; est crudorem utiq; mouet: cui sideratio nomen est. necnõ
si ob nimiã sui copiã concrescere minus potuit in locum defluit proximum: atq; ita tussim
raucitatem & tabem contrahit.
Cur si sicca æstas siccusq; autũnus aquilones habuerĩt mulieribꝰ & oĩbus pituita abundãtibꝰ
secunda ualetudo cõtingat. An quia naturã utrorũq; in alterã exupat partem. itaq; tp̄us in
partem rrahendo cõtrariã ad medium habitũ bonũq; ꝑducit. Eo igitur ipso tp̄e optime ua
lent nisi quid ultro ipsi perperã agãt. Aut humidi ad hiemem ita deueniant: ut fomitẽ q̄ndã
& incitabulum frigori subministrent.
Cur si sicca æstas & aq̃lonia: & autũnus siccꝰ iisdẽ aquilonibꝰ ꝑflatus morbo biliosus infestet.
An qm̃ ad idẽ corpus eoꝝ ac tp̄is hĩtus uergunt. itaq; uelutiignis igni addiicit̃. cũ enĩ cor-
pora exsiccent̃ quãtũq; in his dulcedinis erat euaporatũ sit. uæhementerq; ĩcalescãt necesse
est ut dũ humor cõsumit̃ aridæ lippitudines oriant̃. residuosq; qđ biliosũ remãserit eodẽq;
recalescente febres acutæ utpote ex bili sincera ĩuadat. Nõnullos ĩsania rapit. quoꝝ. s. na-
tura atra bile abundat. Hæc etenĩ large supest: cũ eius humores contrarii resiccescanr.
Cur mutationem aquaꝝ: grauem aeris uero nõ grauem esse affirmãt. An ꝙ aq̃ corporibꝰ ali-
mento est: quo iã hĩto cõplexoq; ꝑegrinamur. Aer aũt nullo se exhibet alimento. Aquarũ
item gñ̃a multa & uaria per se sunt: sed aeris minime. Itaq; hoc etiã causæ esse põt: quippe
cum peregere etiã ꝓfectis in cælo quidem prope eodem: in aquis aũt uariis uersari eueniãt
q̃propter aquæ mutationem grauem esse recte putatum est.
Curciboꝝ mutatio minus q̃ aquæ grauis occurrat. An quia plurimum aquæ cõsumimꝰ. Nã
& in pane & obsoniis: & in potu aquæ usus plurimus est.
Sed cur cibi & aquæ mutatio grauis sit. An ꝙ oĩs mutatio etiã tp̄is & ætatis motu facilis est.
Extrema nãq; gñ̃is cuiuscũq; moueri facile possũt. Quõ & principia & fines. Ergo & cibi q̃
ĩter se distãt corrũpe se ĩuicẽ q̃unt: Quippe cũ aut nuꝑ aut nondũ adhæserit qui ꝑcesserat.
Ad hæc ut uariꝰ cibus grauis est turbulenta enĩ nec æq̃lis cõcoctio eius agit̃ sic ĩ his accidit
qui aquã mutarint. s. ut uariæ potionis utant̃ alimento estq; id alimenti genus quã siccum
ualentiꝰ: qm̃ plurimũ est. Exq; cibis ipsis nõnisi quãtũ dilutũ est: uim habet enutriendi.
Cur mutationes aquaꝝ faciunt ut pediculi in quibꝰ hr̃i possint multi habeant̃. An ꝙ humo-
ris cruditas quã ꝑturbatio illa cõmittit q̃ ex aquæ uario usu in crebra cõmutatione redun-
dat: humoris creare copiã põt ꝓserti loco humori opportuniore. Cerebrũ aũt nã humidũ ẽ.
q̃re caput maxĩe ꝑpetue humet: cuiꝰ rei ĩdiciũ est ꝙ pili in hoc potissimũ exeũt huiꝰ aũt loci
uis ad ꝓgñ̃andos pediculos apta est. patet hoc in puerili ætate. Caput etenĩ pueroꝝ madet
abunde & sæpe aut grauedine conflictatur. Aut sãguinis profusione. Quinetiã pediculos
plures illa ætas habere solet.
Cur a uergiliaꝝ occasu ad fauonii usque flatus hi potissimũ pereãt qui morbo longo laborãt
& senes q̃ iuuenes potius. Vtꝝ ꝙ sũmæ ille ĩtereundi causæ duæ adsint: frigꝰ atq; excessus.
Vita enĩ calore fouet̃ seruaturq;. Tp̄s autem istud ambo illa sortit̃. Frigidũ enĩ & hiẽs tum
acerrime urget: subseq̃ns enĩ tp̄s uer est. An ꝙ qui uiciis laborãt diuturnis nõ secus ac senes
effecti sunt. Longus etenĩ morbus q̃si senecta iã adesse uidetur. Ea nãq; corpora sicca & fri
gida sunt. Altera scilicet ob ætatem: altera ob lãguorẽ hiemem uero & gelu frigoris atque
humoris esse excessionem certũ est. Quare fit ut cũ uel paruo momento corpora pateãt hie
mis rigor quasi ignis igni iniungatur: atq; ita interimat.
Cur in plenis ĩpurisque corporibꝰ hulcera capitis nõ magno negocio sanent̃: tibiaꝝ aũt ægre
An humor eoꝝ: quia terrenus grauis est: graue aũt oẽ deorsum tendit. ergo supiora cura
ri facile possunt. Qm̃ seorsum humor decesserit. inferiora propterea nequeunt ꝙ admodũ

excrescant & putredini pateant.

Cur si post hiemē aquiloniā: & uer austrinū. ac pluuium æstas sicca admodum fuit pniciosus oibus. Autūnus accedat: & pueris pserti. Nā & cæteris difficultates ītestino℞ febresq̄ q̄rtanæ longæ: eo tpe solent euenire. An q̄d si aq̄ mediocris per æstatē incessit. quātū humoris collectū est per uer humidū: in nr̄is corporibus refrigeratū quiescit. Sed si non ita contigit: pueri qui suapte natura humidi & calidi sunt uæhementer eo feruescunt affectu. qm̄ refrigerati minime fuerint. Et si per æstatē restiterint. Autūno certe quoq℞ humor ultra modū ferbuerit corripiet̄. Excrementa uero nisi confesti peremerint orta uidelicet circa pulmonē atq₃ arteriā. Supra enī primū cōsistunt: eo. s. q₃ aeris tepori nr̄a corpora pateāt. hinc enī lippitudines quoq₃ p̄gressis febribus in graui æstate sequi cōsueuerūt. ergo si nō locis superioribus excrementa humo℞ exorsa ut dictū est ptinus īteremerint: descendēt cruda ad uētrē: atq₃ ita difficultatē creabūt ītestino℞. At si præ nimia sui copia: humor excerni nequiuerit q̄rtanæ his orient̄ qui euadere mortē potuerūt: etiā si illud ītestino℞ uiciū oīno quieuerit. Quod enī crudi humoris subtersedit: stabile firmūq₃ uæhement̄ modo atræbilis adhæret.

Cur si æstas & autūnus ībres austrosq₃ habuerunt. hiems grauis cōsequi soleat. An q₃ hiēs corpora p̄humida excipit mutatio etiā īgens occurrit. Nō enī paulatī: sed repente ex calore immodico ad frigoris acerbitatē uenit̄: qn̄ autūnus quoq₃ tepidus extitit. Itaq₃ qui denso corpore sunt: hos morbi extorqueāt acuti necesse est. his enī humida excrementa supra potius colligunt̄: cū partes supiores humoribus huiuscemodi opportunas īferiores inhabiles illi habeant. Ideoq₃ qui tali textura corporis sunt nō multa excremēta sibi admittūt. cum igit̄ qui locis supioribus corporis humor excreuerit. īfrigescere īcipit. fit ut p̄dicta uicia oriant̄ queādmodū uinolentis ppe accidit: cū algent. At quib⁹ laxi⁹ corpus est: his febrib⁹ orsis euenit. ut quæ summa de cruditate febres constiterint transeāt in ardores. qm̄ his magis totū corpus ab humoribus occupatur quā densa illis mole constantibus: exq₃ ui frigoris coacto eo℞ corpore humores incalescentes febres accendunt. Superās enī calor totius corporis febris est: & si idem nimio intendat̄ humore ardor effici potest.

Cur annus pestilens tunc īuadit: cum sol multum uaporis de terra excitat. An tunc annus humidus pluuiusq₃ significet̄ necesse est terrāq₃ madescere necessarium. Fit igit̄ ut quasi locis palustribus grauibusq₃ proinde inhītetur & corpora quoq₃ multis tunc excrementis redundare necessariū est: ita ut ægrotandi materiā habeant in æstatem.

Cur grauis tunc adeat annus cū copia est pusilla℞ rana℞: quæ rubeta℞ faciem rep̄sentāt. An res unaquæq₃ loco suæ naturæ idoneo abundare solita est. Itaq₃ eiusmodi aīantium genus cū natura humidū sit: humidū pluuiūq₃ annum ob eā ipsā causā īdicat. Anni eiusmodi uero graues pculdubio sunt. Quibus enī corpora facta p̄humida fuerint multis iccirco excremētis præmunt̄: quæ causæ sunt ut morbi proueniant.

Cur austri sicci nihil humentes febres creare soleāt. An quia calorē humorēq₃ excitāt alienū. Sūt enī suapte natura humidi calidique. qua quidē re febris cōmittit̄: quippe q̄ nōnisi per excessū amba℞ q̄litatum illa℞ oriri soleat. Cū igit̄ ībre austri uacāt corpora nostra ita afficiant̄ necesse est. At cū flatibus imber adest nos aq̄ refrigerat: austros tamen quos mare miserit prodesse stirpibus certum est. Refrigerati nanque beneficio maris deueniunt cōtra eruginem: quæ humore caloreque alieno consistit.

Cur corpora humana se tardiora debilioraque sētiūt cū austri afflāt. An quia multū ex paulo tūc redūdat humoris: quē deliq̄scere tepor coegit. Exque leui afflatu grauis humor citatur Adde q₃ uires nr̄æ cōditæ in articulis sunt: qui austrinis laxari flatib⁹ cōsueuerūt. Cōstat id ex eo℞ crepitu quæ quidē cōglutinata tūc remittunt̄ ac resoluunt̄. Tenax eteni humor q̄ articulis inditus est ut concretus nos moueri non patitur sic nimis humefactus intendi minime sinit.

Cur per æstatem magis aduersa ualitudine laboret̄ per hiemē uero magis qui laborant emoriantur. An quia calor qui per hiemem intus propter corpo℞ densitatem cohercet̄ pa℞ adiuuat: nec labor ope℞ qui amplius per id tp̄s suscipitur. excrementa humo℞ pōt concoquere: ideo ualidā esse mali originem necesse est. Quod cum ita sit perniciosū morbum urgere ratio est. Contra: in æstate qm̄ corpus uniuersū ra℞ refrigeratū resolutum atque labo℞ impatiens est. Iccirco morbos plures quidē oriri necessariū uidet̄ uidelicet ob lassitudinē cruditatēq₃ cibo℞. Noui eteni fructus tunc adsūt: nō tamen ita ualidos esse naturæ ratio patit̄: quāobrē facultas hisce succurrendi datur facilius.

Cur post utrũlibet solsticiũ per centũ dieꝝ spaciũ mori maxime accidat. An ꝙ eaten⁹ utraqꝫ uæhementia caloris & frigoris se dilatat: quæ morbos perniciẽqꝫ afferre infirmis põt.

Cur uer atqꝫ autũnus morbis ĩfestent. An qa mutatiões graues oẽs occurrũt. Sed autũnus uere grauior est: quia corpore calido refrigescente q̃ frigido incalescente potius ægrotamus Vt igit̃ uere frigidũ recalescit: sic autũno calidũ refrigescit.

Cur per hiemẽ minus quidẽ q̃ per æstatẽ: sed ꝑniciosius ægrotet̃. An qm̃ in æstate morbi uel parua de causa existũt: qđ in hieme minime accidit ita. Sum⁹ enĩ tunc & ad cõcoq̃ndũ & ad bñ ualẽdũ aptiores. Itaqꝫ rõe maiora ꝑniciosioraqꝫ mala sꝛ̃ q̃ maiori de cã ꝓuenerit. Qđ idẽ in athletis. & oĩno in his qui secũda ualetudine esse solẽt licet ꝑspicere. Aut enĩ nullo morbo ꝑ̃munt̃: aut ꝑ̃ssi celeriter e uita decedunt. Quippe q̃ nisi magna cũ cã ægrescere neq̃ant.

Cur per autũnũ ac hiemẽ febres ardentes potius oriant̃: quæ tꝑa frigus ꝑ̃seferunt per æstatẽ uero cũ æstus adsunt rigores magis ĩfestent. An quia in corpore hoĩs bilis calida pituita frigida est. Itaqꝫ per æstatem qđ frigidũ est dissoluitur. diffusũqꝫ horrores: tremoresqꝫ excitat Per hiemẽ aũt qđ calidũ est: ui tꝑis ꝑ̃ssũ refrigescit. Febres tamen ardentes per hiemẽ autũnũqꝫ potius conflictant: qm̃ calor pulsus a frigore introrsus se cõtrahit. Ardor enĩ nõ residet in sũmis: sed intrinsecus se expandit: atqꝫ ita efficitur ut ratione febres ardentes hiberno tꝑe oriant̃. melius id in his intelligi põt: qui aqua frigida quiqꝫ calida se hiberno tꝑe lauerint. Qui enĩ frigida se infuderunt: ibi aliquãdiu dũ diluerent̃ friguerũt: reliquo toto die tuti a frigore sũt. At qui calida usi fuerint frigus diutius experiunt̃. Caro enĩ spissescit calorqꝫ introrsus se colligit eoꝝ qui se aqua diluerint frigida. Cõtra aũt iis euenit qui calidã admiscere. Caro quippe rarescit. calorqꝫ ad exteꝝ usqꝫ locũ euocat̃.

Quæ nã uirtus sit cataplasmatis. An ut resoluat: ut moueat sudorẽ: ut euocet uaporẽ.

Quo nã argumento cõstet abscessũ iã purulentũ esse. an si aqua perfusus calida ĩmutatur purulentus est si minus nondum est.

Quæ nã urenda: quæue sint ĩcidenda. An q̃ ore sunt amplo nec breui coaugmẽtent̃. hæc urẽda sunt ut crusta illic incũbat. Sic enĩ nullũ pus cicatrice inducta occultabitur.

Quæ nã uirtus medicamenti suppꝛ̃mentis sãguinẽ sit qđ enemũ appellamus. An ut exiccet: & materiæ inutilis cõfluuiũ cõpescat sine crusta: aut carnis putredine. Ita enĩ efficitur ut uulnus simul & iflamatione careat & unitati sit opportunũ. qđ enĩ materia nõ superfluit inflamatione carebit. Quod siccũ est unitati opportuni⁹ erit. q̃diu nãqꝫ ꝑ̃madet cõcorporescere nequit Quãobrem quæ cruentis iniicienda censemus acria magna ex parte sunt. quo acerbitate sua possint astringere.

Quæ nã ĩcidenda: quæue urenda sunt quæ cõtra nõ ita curãda sint. sed medicamẽtis. An q̃ in ala aut in inguine abscesserũt medicamentis curãdum poti⁹ diducta enĩ partim laboriosa: parti periculosa reddunt̃. urendi sunt illi abscessus qui lati: processuqꝫ multiplici eruperũt qꝗ uenosis nõ carnosis residẽt locis. Incidẽdi q̃ ĩ acutũ se colligũt qꝗ nõ parte solida extãt.

Cur siq̃s aere ĩcisus sit facili⁹ q̃ si ferro sanescat. Vtꝝ qa aes leui⁹ est. itaqꝫ minus laceret. actũqꝫ faciat. An e diuerso ꝙ ferꝝ aciẽ ad actiorẽ recipiat sectionẽ iccirco faciliorẽ tollerabiliorẽqꝫ efficere debeat. At uero aes medicamẽti uim obtinet: & ꝓ̃ncipiũ qđcũque pars potissima rei est. qđ igit̃ aes simul ac fuerit ĩcisũ medicamẽto ꝓ̃ntissimo adest facit ut uuln⁹ celeri⁹ coeat.

Cur ambusta ex aere sanent̃ celeriter. an qm̃ a laxiorib⁹ minusqꝫ corpulentis effecta sũt. Plus enĩ caloris corpori inheret solidiori.

Vtꝝ ptisana ordeacea leuior & ad morbos accõmodatior quã triticea sit: hãc enĩ nõnulli anteponunt: argumentũque ex pistoribus capiunt: ꝙ multo coloratiores sũt qui tritici quã qui ordeacei pistura exercẽt. Addũt etiã ꝙ ordeũ humidius est. Qđ aũt humidi⁹ est cõcoctionẽ desiderat pleniorẽ. Sed nihil ꝓhibet quomin⁹: ut eõcoctu quid difficili⁹ ordeũ habeat: sic ad leuitatẽ quid utili⁹ ꝓ̃stet. hoc enĩ nõ humidi⁹ tantũ tritico est. sed frigidi⁹ etiã q̃lis certe sorbitio cibusque cõpetit febrienti. ut paꝝ alat. & satis refrigeret: qđ ptisana ordeacea facere potest. Quod enĩ humidior uel corpulentior est hinc alimentũ idque frigidiusculũ præstat.

Cur dentiũ stuporẽ porculaca herba aut sal tollere põt. An porculaca quia lentũ q̃ndã habet humorẽ qui uel mãducãti aut manu aliquãtisꝑ cõfringenti patescit. heret enĩ ac trahit̃. lentor igit̃ subiens ille a corpore educit acorẽ: quippe qui affinitate q̃dã cõiũgi ualeat argumẽto saporis: quẽ accidulũ reddit. Sal uero macerat liq̃facitqꝫ. atqꝫ ita acorẽ quoqꝫ extrudit.

Sed cur lixiuiũ nitrumue hoc idẽ facere nequeat. an ꝙ hæc suam ob acerbitatem astringunt non liquefaciunt.

Cur æstiuis lassitudinibꝰ balneo: hibernis unctione mederi cõueniat. an hibernis unctio datur
ꝓpter horrores mutationesqꝫ urgentes. ꝑ caloré eni laxandũ est qui mẽbra tepescere faciat
oleũ uero calidũ est. at in æstate humefaciendũ censet̃: qm̃ tp̃s id siccũ est nec metꝰ iterpel-
lit horroris eo ꝙ statꝰ tp̃is ad teporé igenue uergit hinc etiã cibꝰ parcꝰ potio liberalis per æsta
tem admittitur ille. magis hæc omnino. Potioni nãqꝫ per æstaté ob tempoꝝ siccitatem idul
gendũ ex toto est: parsimonia uero cibi cõis tempoꝝ oĩum est: sed magis æstati cõuenit ne
ob habitũ tp̃is feruentem corpus cibo imodico ꝑssum exestuet.

Cur ex medicament̃ alia aluũ soluãt uesicã aũt minime. alia uesicã soluãt. cũ aluũ nihilo mo-
ueãt. An ꝙ ea q̃ natura humida sunt: atqꝫ aq̃ referta si medendi obtinent facultaté uesicam
soluunt. Subsident eni in ea, humores qui putredie imunes euaserũt. ꝗppe uesica pro eius
humoris cõceptaculo habet̃ qui mĩme in uẽtre cõcoq̃t̃. qui non manet: sed pusq̃ agat quicq̃
aut patiat̃ excernit̃. At q̃ terrenã sortiunt̃ naturã: si uires habeãt medicas aluũ hæc fũdere
q̃unt. In hãc eni terrena q̃qꝫ materia se ꝓuoluit itaqꝫ turbat si mouendi obtinet facultaté.

Cur alia uentré mouent supioré alia iferioré ut uelatꝝ supioré: scamonea iferioré. Alia uero
citant utrũqꝫ ut elateriũ: & thapsie sucus. An ꝙ ex medicamentis q̃ uentré mouent alia fri-
gida alia calida sũt: itaqꝫ alia ꝓpter suũ caloré ꝓtinus ut in superiori uentre fuerũt: loca pe
Quãobrẽ qui ante extenuatus merũ inde multũ hauserit morte occumbat. & plæriq; uero bibaces: cum se nihil extenuauerit: multo tamẽ uniuersoq; meri haustu sicci efficiunt̃. Que rẽdũ enĩ hoc est quãdoquidẽ uinũ calidũ suapte natura est & ut uita calore cõtineri apparet sic mors refrigeratione accidere. An ut ex cicuta sic ex mero intereũdũ est. Videlicet dũ ꝓprius calor paulatĩ extinguit̃. modo tamẽ diuerso. Cicuta enĩ calorẽ frigiditate sua extĩguit humorẽq; ĩdurat. Vinũ aũt sua caliditate calorẽ macerat naturalẽ. Et quõ ab igne nimio aut sole exiguus ignis extinguit̃ sic intimus corporis calor a uini calore: si nimius est superatur atq; extinguitur.

Cur uinolẽti sũt ad lacrimãdũ ꝓpẽsiores. An effectũ huiuscemodi oĩum eadẽ cã est. quã repssio q̃ .s. agit̃ per sũma afferre põt. Vinolentiã enim locis consistere capitis certum est.

Cur uinolẽtis somnus oriri nequeat. An q; ad somnũ creandũ calidum adesse humorẽ opus est. Hic enĩ cõcoqui expedite põt: quod si deest exiguusq; humor aut concoctu difficilis inest somn⁹ nõ orit̃. q̃ de cã post cibũ ac potũ somnolẽtissimi fieri ob calorẽ solem⁹. Melãcolicos uero & uæhement̃ estuãtes insonia tenet. Alteros quia refrigeratus humor penitus est. alteros qa nullus aut minim⁹ extat. ergo rõnẽ utriusq; affect⁹ ĩde eẽ petẽdã palã est.

Cur ebriosi tremũt. & eo magis quo largius meꝝ hauserit cũ uinũ calefaciẽdi uim hẽat. tremor aũt ex frigore maxime ꝓficiscat̃. itaq; qui rigẽt ꝑcipue tremant. At tñ plerosq; cũ mero tantũmõ cibi gratia uterent̃. tremores acres adeo inuaserũt: ut hõies cõprimẽtes de se œseiicerẽt & aq̃ cũ calida ꝑfũderent̃ nullatenus sẽtire possẽt. Alii uero cũ eo agerẽt ipso modo ꝑfrictione & carnib⁹ in cibo uterent̃ in stuporẽ attonitũ inciderũt. quos tremor qui dẽmiti⁹ .s. ob ĩmobilitatẽ torquebat. Dolor tamẽ acerrim⁹ & inqetudo iam ĩde exercebat assidue. Tremoris itaq; cã frigiditas est. Nã & q rigẽt ea repati ipa uident̃ ut dictũ est. & q admodũ senuere quorũ utrorũq; alteri ab effectu frigido. alteri a frigiditate urgent̃. Vinũ aũt calefaciẽdi uim ꝑcipue obtinet quocirca cõtrarius qdã ut ꝓueniat effectus rõ exigit an nihil ꝓhibet rẽ eãdẽ a cõtrariis effici dũmõ nõ agãt mõ eodem sed diuerso. Exẽpli grã. Vrit̃ & a gelu & a calore ubi gelu calorẽ coegit uniuersũ. itaq; mõ quodã a cõtrariis effect⁹

pficifcit idē & mō quodā nō nisi idēpducit. Tremor aūt ob inopiā excitat caloris nō cuiusqꝫ sed pprii. Corrūpit aūt calor aut marcore: aut ex instinctu a cōtrariis hoc est frigido atqꝫ humido marcore aūt uel īdigētia nutrimēti ut lucerna cū fomite aut oleo caret. uel ab alieno calore ut ignis in sole & lucerna aput ignē igit q ex frigore rigēt caloris extīctu obtremūt. exquo etiā fit ut aq̄ offusa calida horror exoriat calor enī cū ītus includit atqꝫ circūobsistit pilos erigit & in febriū quoqꝫ accessione rigor illis eueniēs simili de cā uenit. ī senectute āt calor alimēto deficiēte emarcescit humor enī alimētū caloris ē. senectꝰ āt sicca est ebriosi uero & si q ita affecti sūt alii suo psus emarcescēte calore obtremescūt sed non modo eodē quo senes. sed tercio corrūpēdi mō ut pposuimꝰ q enī uino utunt nimio calor aduētitius superās. aut extinguit. aut debilitat ppriū calorē quo ualemus. Fit enī tū tremor cū mouēs quicqꝫ rē neqt superare quā mouet. ut cū lignū quis lōgū crassūqꝫ obtinere firmareqꝫ nō pollet. tremit extremū qđ ideo fit qm̄ aut suscepta res maior est. aut minor q̄ mouet ergo tremor cū calor ext īguit accidit. hic enī dū īteger inuictusqꝫ manet cā æ animātibꝰ esse uidetur cur mouere se ualeāt. indicium aūt ebriosos senesqꝫ ob frigiditatē affectos sic esse. q tremor his fieri sine ullo rigore solitus est.

Quā ob cām qui leuit a uino tenent magis peccāt uel delirāt quā qui aut grauit sese ebriarit aut sobrii manēt. An q sobrius recte iudicat. qui aūt penitus uinolētus est, qđ sēsibus intercepis onus sustinere nō pōt nihil diiudicat atqꝫ ita nō peccat. At uero qui leuit se ebriarit iudicat qdē quia nō multū hauserit. sed qm̄ a uino detētꝰ aliq̄tenus est. ptātē recte iudicādi amisit peccet necesse est. Quēadmodū qđ Satyrus Clazomenius ppēsus admodū erat ad malidicendū eius aures cū accusaret penitus obstruserunt ut de re ageret nō in cōtumelias se puolueret. Postea tamē cū cessāte iā aduersario reserassēt. & pauca dicēte adhuc ille audiuisset neqꝫquā continere se potuit. sed euestigio maledicta effundere incepit quoniā sētire iam poterat. recte autem iudicare non poterat.

Cur uini dulcis qđ suauius est ebriosū neminē esse arbitramur. An q uinū dulce nullū saporem obtinet proprium uini sed alienum penitus reddit igitur dulcis rei non uini auidus appellandus est qui uini dulcis tenetur desiderio.

Cur ebriosi solis calore gaudere maxime soleāt. An qm̄ cōcoctionē desiderāt atqꝫ etiā quot refrigerati admodum sunt. exquo attoniti stupidiqꝫ mox fieri solent a potu.

Cur uinolentis multa interdū apparet qđ unū est. An quia cōspectus initia intrinsecus a uino mouent. sicut uel caput totū sollicitari necesse est. At cū initia mouent cōspectus. idē sese applicare nō quit. sed quasi partē rei obiecte uis utraqꝫ cōspiciēdi attingit. Merito igitur res una suspitionē recipit geminationis qđ idē uel oculo subter oppresso pōt euenire. Cōspectus enī mouet initiū ut ei coire cū altero nō amplius liceat. Sed hic motus extrinsecus est. Vini aūt ille intrī secꝰ orit. nec quicquam interest. idem enī sequet qualitercūqꝫ aspectum commoueris.

Cur uinolētoꝝ lingua oberret. Vtrū quēadmodū corpus totū in uinolētia titubat ita etiā lingua labēs oberrat. nec explanare pōt. An qm̄ caro līgue mollis & īstar spōgie est. ampliat madescēs. atqꝫ extollit. itaqꝫ ob molē retardior fit. exprimereqꝫ sincere nō ualeat. An q ut in aqua ob absētiā aeris loqui nō possumꝰ. ita neqꝫ cū nimiū in os humorē indidimus. igit q uinolētoꝝ līgua in nimio humore se uoluit. idcirco exprimere sincere nō pōt. an animꝰ quoqꝫ uinolētoꝝ cōpatiēs errat. At si animus ita affectus est linguā etiā pariter affici cōsētaneū est: īnde enī omne loquēdi initiū ducit quo fit ut etiā sine uinolentia ubi animus q̄nquā hausit affectū. lingua etiā sentiat atqꝫ compatiat. ut in metuentibus patet.

Cur ebrii omnes & q mari operā dāt libent solis tepori se dedūt. An q abrii cōcoctionē desiderāt simulqꝫ euenit. ut partes corporis qdā refrigerēt. itaqꝫ stupidos attonitosqꝫ post potū fieri nouimꝰ. Maritimi aūt illi qm̄ ī humore sēp suā degūt etatē calorē porro desiderāt.

Cur uinolēti cōcūbere nequeāt. An q partē corporis quādā amplius quā reliquū corpus incalescere opus est q uinolētis cōtingere præ nimio calore nō pōt. Calor igit qui a motu naturæ interno pstat. obtētu caloris ambiētis extinguit. An q partes corporis imas recalescere opus est. Vinū autē in sublime efferri aptū est. itaqꝫ calorē quē admodū illic excitat ita hinc auocat atqꝫ abducit. Post cibū quoqꝫ libido ueneris minime incitatur. Vnde prādere large cœnare parce præcipiūt. Cibo enī cōcocto sursū. crudo deorsū fert & humor & calor. Ortus autē seminis ex his est: & fatigatis: idcirco per somnū pfluit genitura q labor corpus humidū & calidū reddit. Quot si excremētū ea in parte substiterit. euenit certe ut p somnum erūpat. Hæc eadem causa est cur ī aduersis quibusdā ualitudinibꝰ id eueniat

atq; etiam metuenti & morienti.
Cur iuuenes potiusq̃ seniores inmigát ubi uino sese ebriauere. An q̃m iuuenes humidi sunt & calidi multũ idcirco excremétũ humoris cõfluit in uesicã. Exiguũ eni a corpore eorũ ab sumit̃ quãobré id effũdi necesse est. Senioribus uero corpus pro sua siccitate humoré nimium attrahit atq; imbibit. An q; iuniorũ natura ad somnũ ꝓpẽsior q̃ seniorũ est. quocirca grauit̃ iuuenes cõsopitos urinæ sæpe excitatio latet. ut hæc pri⁹ erũpat q̃ illi surrexerit. Seniores aũt latere minime põt queãdmodũ nec externorũ motuũ quisq; minus ab his precipi quã ab adolescẽtibus põt. Cõstat q; mõ, dixim⁹ quãdoq; dé iuuenes ipsi tũ maxime inmingunt cum arcte & grauiter dormiunt.
Cur oleũ ad arcẽdã uinolẽtiã ualet sorbitũq; facultatem præstat potandi. An q; urinam ciere potest. Vinoq; hausto iter regit.

QVARTA PARTICVLA QVAE AD REM VENEREAM PERTINENT THEODORO INTERPRETE.

q Vam ob cãm qui cõcũbit. & q̃ morit̃ oculos attollũt. Qui aũt dormit submittit. An q; de parte superiore calor exiẽs eodẽ oculos uertit quo se deflexerit. p sõnũ aũt deorsũ se colligit itaq; eode cõuertit. Nõ claudunt̃ uero ꝑpterea oculi qa humiditas deficit.
Cur his qui ré uenereã ĩmodice agũt oculi & clunes manifeste subsedẽt partes q̃rũ alteræ ꝓpe. alteræ ꝓcul a genitalib⁹ absũt Vtrũ q; in ipo etiã coitu partes hæ ꝑspicue collaborãt. cũ ré studiosius ipẽ ꝑsequant̃. & se cogant nitãturq; in semine emittẽdo. itaq; quãtũ alimenti facile liquescere põt id ꝑsũ extrudit̃ An q; ob calefactæ ꝑcipue cõtabescũt. Cõcubitus aũt caloris agit̃ facultate. Eaq; maxime sẽtiũt calore que in agẽdo cõmouent̃. Oculi aũt partesq; sedi ꝓximæ ꝑspicue collaborãt. Haud eni fieri põt ut semen ꝓfluat nisi partes coagant̃ illæ: nisiq; oculi demittant̃. Quippe cũ partib⁹ his coeũtibus humor q̃si manu ex uesica ꝑmat̃ oculisq; coactis cerebrũ sua dimittat. Oculos uero & locũ his ꝓximũ. uim ad ꝓcreationẽ maximã obtinere docẽt. illiméta quæ mulieres tã steriles quã fœcũde experiunt̃ utpote cũ uis ad semẽ trãsmittit hinc debeat. Sũt aũt & oculi & renes oĩum pingues atq; obesi ergo q; partes hæ ré uenereã efficatius ad iuuãt. Caloris particeps sũt cui⁹ tabifica ui extenuant̃ multũq; sui succi ad semẽ excerni patiunt̃. Calor eni si corpus uel pingue nõ est uel si pingue quidẽ sed nõ tamẽ laborat. æque liq facere nequit ut late in uenere patet. Renes tamẽ oĩum maxime sẽtiũt qa in uicino positi sũt. Et ipẽ quoq; seminis trãsitus cũ ꝑ ea loca ꝑspicue agat̃ extenuare ꝓculdubio põt. Adimit eni nõ addit per suã istã ꝓpinqtatem.
Quãobré & qui cõcũbũt & spadones qui re minime utunt̃ uenerea in acumine oculorũ offẽdunt̃. An q; alteris ob libidinẽ alteris ob excisionẽ partes superiores plus iusto exciccant̃ q; ꝑspicuũ in his est quoꝝ opus exquisitius administrat̃. Aspectus autẽ tale est. humorib⁹ uero deorsũ ductis superiora siccari necesse est. id igit̃ nimirũ cõcubitu fieri patet. Spadonũ aũt crura intumescũt. & alui faciles sũt. utpote cũ deorsum se humoris copia seuocet:
Cur homo cũ cõcũbere posse incipit tũc pubescit. Cæterorũ aũt animãtiũ quæ pilis tegũtur nullũ tũc pubescere incipit An q; per etates mutari animãtes in cõtrariũ solẽt. Vox eni grauis de acuta efficit̃. & nuda q̃ ante fuerũt hirta reddunt̃. Vnde etiã animãtes a primo natali die hirsutas enudari debere tunc nõ desescere cõstat. cũ semẽ habere incipiũt. Sed ita euenit qa q̃ semẽ effũdũt sicciora fiunt. & laxiora quibus de causis pilus orit̃ qđ inde sane patet. Pilus eni neq; cicatricibus neq; pueris neq; mulierib⁹ exit Cum scilicet cicatrices spisso cõtextu non raro inducant̃. pueri mulieresq; corpore humido sint non sicco.
Cur nuditas pedũ obesse in re uenerea põt. An q̃m corpus qđ cõcubiturũ sit calidũ ĩtus. Atq; humidũ esse debet. quale per sõnũ potius esse quã per uigiliã solet. exquo etiã celerit̃ ac sine corporis agitatione semẽ dormiẽtib⁹ ꝓfluit. uigilãtibus uero nõ sine labore ꝑdit. Simul aũt fit ut & reliquũ corpus tale existat. & pedes humidiores sint atq; calidiores. indiciũ q; cũ dormim⁹. pedes obtepescere solent ut q̃ una cũ internis partib⁹ ita afficiant̃. At nuditas pedũ e cõtrario agit. Siccat eni atq; refrigerat. itaq; siue ĩpossibilis siue dificilis sit ut res agat̃ uenerea nisi pedib⁹ calidis. eã tñ nuditaté in usu cõcubẽdi ĩcõmodã eẽ necesse est
Cur oĩum maxime animãtiũ homo postq̃ cõcubuit: dissoluit̃ & lãguescit. An q; semen ꝓportione sui corporis plurimum emittit.
Sed cur plurimum homo emittit. an q; minus cibum is conficit: & oĩum maxime aĩantium humidus natura & calidus est. Quaꝝ reꝝ altera seminis copiã reddit. altera naturæ uim efficit ad semen creandũ sæmen eteni tale est quãdiu seruatur.

Quã ob causã cũ rõ cõcũbẽdi calore cõtineaꝛ timor aũt & mors refrigerandi uim habeât.ple-
risqꝫ tamẽ cũ ab his ipsis tenenꝛ affectibꝰ semẽ excurrit. An ꝙ cũ loca quædã corporis refri
geranꝛ.alia q̃dã intepescũt.cũ & suũ calorẽ habeât & pulsum de locis refrigeratis illũ ipa
suscipiãt.Quãobrẽ frigẽtibus q̃dẽ id euenit. Veꝝ nõ qũia frigent sed q̃a calẽt.Cõstat hoc
etiã ip̃o aspectu partes enĩ superiores timẽtium sãguine ꝑuanꝛ.inferiores aũt humescunt
& aluus soluiꝛ & uesica.Calor igitur cum se per timorẽ deorsum per mortẽ sursũ deuius
agitat.madificare & seminis excitare profluuium poteſt.
Cur neqꝫ cõcũbere:neqꝫ euomere nec sternuere neqꝫ flatũ emittere oportet.nisi res turgente
corp̃e urgeat. An q̃a cũ nõ turgemus similes terræ stirpibus sumꝰ q̃bus euulsis.aut alienũ
cõuelliꝛ quippiã aut aliquid abscisũ reliquiꝛ.Quod aũt cũ extrudi debet minutũ remãse
rit.dolorẽ diutiꝰ id œ̃ mouebit.Et si quid alienũ cõmotũ sit id cũ sua sede ꝓueꝛ dolorẽ cre
abit.Quæ certe his usu eueniẽt qui cũ nõ turgẽt.aliq̃d faciũt ex his q̃ modo retulimus.
Cur ieiuni celerius cõcũbunt. An ꝙ foramina corporis ieiuno inaniora. Repleto autẽ plena
habenꝛ.itaqꝫ ĩpediunt ne humor seminis genitalis ualeat permeare.quod latissime in uesi
ca patet.Hac etenim plena nũquã celeriter cõcumbere possumus.
Cur adolescẽtuli cũ primo cõcumbere incipiũt q̃bus cum fuerint cõgressi eas re ꝑacta odio
habeant. An ꝙ mutatio summa extiterit sequẽtis tristitiæ memores eã fugiunt tanquam
fontem ad quam sese applicuerunt.
Quare qui equitãt assidue libidinosiores euadunt. An caloris agitationisqꝫ causa eodem af
ficiuntur modo quo per coitum.Quocirca ætatis quoqꝫ accessione membra genitalia con
trectata agitataqꝫ plenius augentur ꝙ igitur semper eo utuntur motu qui equitant hinc
fluentiore corpore præparatoqꝫ ad concumbendum euadunt:
Quare concũbendi facultatẽ dari per ætatẽ cũ cœptũ eſt corpora male olẽt.prius aũt ante
pubẽ nõ ita olẽt.nec uiri nec mulieres. An q̃m quæ incocta sũt tũ sapores habẽt deteriores
Aut enĩ accidiores:aut salsiores:aut amariores tũ odores reddũt fœtidiores.Cõtra q̃ cõco
cta maturaqꝫ sũt sapores:aut dulces:aut minus amaros.& odores suauiores p̄stãt aut certe
minus insuaues.Patet hoc in oĩbus.tam terræ stirpibus quã animãtibꝰ ipsis.Detractis aũt
quæ matura cõcoctaqꝫ sũt cætera cruda relinqunꝛ.ut & ĩ cinere portione dulci cõsũpta pu
luis amarus relinquiꝛ.Et sudor quoqꝫ salsus eadẽ de cã eſt.Calor aũt naturalis semẽ geni
tale cõcoquit q̃d quãquã exiguũ eſt:uim tamẽ obtinet maximã quippe q̃d ex multo admo-
dũ tã exiguũ cõstitutũ sit.quãobrẽ ubi id secessit resoluimur magna ex parte.uæhemẽtius
atqꝫ refrigeramur.itaqꝫ humores incõcoctiores reddunꝛ.patefactis meatibꝰ ꝓpter seminis
excursũ quo fit ut sudor ob cruditatẽ & salsior & fœtidior tũc sit q̃ in puerili ætate. Quot
si cui forte talis natura sit.ut partẽ subsidẽtẽ sudoris fœtidã habeat.huic magis magisqꝫ
res innotescet.ac p̄sertim eisdẽ in locis quibꝰ & cæteris maxime cõsistit.uelut in aliis.
Cur si ex nr̄o semine ꝓcreatũ aĩal eſt ꝓlẽ id nostrã appellare solemꝰ.Sed si ex aliquo alio nr̄o
uel excremẽto.uel parte ꝓdiit nr̄um id esse nunquã fatemur Multa enĩ semine putrescẽte
ꝓueniũt.Quid igiꝛ causæ sit ut si quales nos sumus tale fuerit nostꝝ id sit.Sin diuersũ id
alienũ sit. Aut enĩ omnia nostra esse oportet:aut nulla. At ꝑmum q̃m quod ex semine nr̄o
ꝓdiit.id ex nostro eſt.q̃d secus id ex alieno.s.q̃ purgamẽtis excremẽtisqꝫ enascunꝛ. Deniqꝫ
nihil ex oĩbus quæ animãti tribuimus gignere animãtẽ põt nisi semẽ genitale. Quod aũt
nocet.q̃dqꝫ malũ eſt:id suũ nullius eſt.nec quod alienũ eſt.id suũ esse põt.Haud enĩ idẽ il-
la significãt suũ esse.& alienũ esse.uel diuersũ uel malũ.Excremẽta aũt & putredines nõ no
stra sed diuersa alienaqꝫ sũt a nr̄a natura.nõ enĩ quæcũqꝫ in corpore extiterũt corporis hæc
esse putãdũ.Nã & papulæ sæpe erũpũt q̃ tollimus.atqꝫ excidimꝰ oĩno q̃ p̄ter naturã cõsti-
terint hec aliena omnia sũt.multa aũt p̄ter naturã uel rebus cõuĩcta naturalibus ꝓdeunt
quot si ex rebus nr̄is solo semine natũ animãs sit.recte ꝙ ita ꝓuenerit ꝓlem id esse nr̄am tã
tum putabimuꝰ & semine uero ip̃o si q̃d extitit aliud ut uermis ubi uel foris putruit. uel
corruptũ in utero eſt.ut quæ mõstra appellamus ꝓlẽ id esse nr̄am haud quãquã dicẽdũ eſt.
cum enim corrupto creetur semine non insuper ex nostro creatur.sed alieno:quẽadmodũ
ꝙ excrementis cõstiterit:ut quod stercore.Omnia uero huiuscemodi ex corrupto creari se
mine hinc iudicatur ꝙ ex non corrupto creari tale natura statuit:quale illud eſt de quo se
men genitale prodierit. Exempli gratia si de equo equs:si de homine homo:nec semen
magnifacimꝰ ipsũ nec aliq̃d q̃d intergenerãdũ cõfici solitũ eſt. Tũc enĩ humor & corpulẽ
tia q̃dã & caro cõsistũt:quoꝝ nihil nobile eſt q̃m nõdũ naturã obtinẽt destinatã sed eatenꝰ

naturâ attingunt q̃tenus ita se habeât: ut ex illis tale creari possit quale nos sumus modo seruentur. Corrupti ât nihil tale enasci põt Câ est hæc cur nec alia ex re nr̃i corporis: nec ex sæmine ip̃o corrupto aut i profecto prolẽ nr̃am oriri arbitremur.

Cur minus in aq̃ hoies cõcubere queũt. An ꝙ res nulla in aq̃ liq̃scere põt: quæ ab igne liq̃fieri apta est. ceu plũbum aut cera. Sæmen aũt hoĩs igne plane liq̃scere uidemus. haud enim prius fluere ĩcipit quã per attritum recaleat: pisces tamen sine attritu coire fatendum est

Qua de câ res oĩum suauissima concubit⁹ est. Et utrũ necessitate ĩpellant̃ ad cõcũbendũ animãtes. an rei cuiuspiã gr̃a genus hoc libidinis datũ est. An suauissime quidẽ concũbim⁹ q̃m. aut toto ex corpore semen ꝓfluit ut aliq̃ uolunt: aut quia quãuis nõ toto ex corpore. Tñ p eã partẽ se ꝓmit in quã meatus oẽs uenæq; oẽs applicent̃ & coeãt. Cũ igit̃ uoluptas similis ĩ libidine atq; in prurigine sit: efficit̃ pariter ut corpus gestiat uniuersũ. Prurigo eñi secessio humoris spũosi ĩclusi cõtra naturã est. Et genitură uero secessionẽ humoris eiusmodi esse ad rẽ naturalẽ cõstat. Suauis ât tũ ex necessitate: tũ rei cuiuspiã gr̃a cõcubitus est. Ex necessitate inquã ꝙ uia oĩs ꝑtinens ad rẽ naturalẽ suauis est si modo a sensu ꝑcipi q̃at. Rei uero cuiuspiã gr̃a ẽ: ut ort⁹ sit aĩantiũ ꝑpetu⁹ facit. n. uoluptas ut aĩantes ad coitũ ardẽti⁹ excitẽt̃.

Cur uenus immodica morbis pituitæ nõnullis commoda est. An quoniam excrementi quidã exitus est: ita ut multum uacãtis materiæ cum sæmine detrahi possit. Pituitâ autem excrementum esse nulli dubium est.

Cur res uenerea uentrem refrigerat & siccat. An refrigerat q̃m calor in concũbendo excernit̃ Et siccare quidẽ coitus uenereus põt: quippe cũ euaporari dũ calor exit necesse sit. exit aũt cũ refrigerat̃. Adde etiã ꝙ feruor coeundi siccare nimiꝝ põt.

Cur salaces hi sũt quibus pili palpebraꝝ defluũt. An ob id ip̃m quo etiã calui. Sũt eñi hæc ambo partes rei eiusdẽ. Quicũq; aũt ex bilis cõgenitis ætate iã ꝑfecto nõ crescunt. hi oẽs decidunt libidinis usu ĩmoderato. Capillus eñi & sup̃ciliũ & ciliũ genere cõgeniti pili cõtinentur. Exq; his sup̃cilia tñ nõnullis ætate ꝑfectis obdensant̃. Qđ cur ita sit alibi rationem attulimus. Reliq̃ aũt utraq; gñа eadem illa de causa deficiũt ꝙ partes sup̃iores sanguis paꝝ obtinentes libido refrigerat. Ita eñi efficit̃ ut locus hic alimentũ cõcoquere nõ possit cũ autem pili alimento caruerint defluant necesse est.

Quã ob causã qui mingendi desiderio tenent̃ concũbere nequeunt. An ꝙ meatus ĩplent̃. Qđ aũt plenũ humoris est id nullum p̃terea humorem põt suscipere.

Cur gignendi facultas his tollit̃ qui a uaricib⁹ tenent̃. siue homo siue aliq̃d ex cæteroꝝ aĩantiũ numero est. An ꝙ uarix flatu translato fieri solet. Quocirca in uiciis atræ bilis cõmoda est. Fit aũt cõcubitus quoq; cũ flatus ex cursu. Quãobrẽ si ĩpetus ille agit̃ cũ uarix exercet semen nõ ĩsuper excitat̃. sed refrigerat̃. Fit igit̃ inde ut pennis tentigo emarcescat.

Quare qui concũbunt resolui atq; lãguere magna ex parte solent. An ꝙ sæmen omni ex parte corporis sæcretio est. itaq; ut edificii cõstructio sic corporis cõpactio q̃tit̃: dũ semen decedit q̃si sanguis multũ ut aliq̃ pars alia decedat ita qđ exit per opportunũ est. & qđ exiguum ex multo alimento cõficiat̃ queâdmodũ amilũ ex farina.

Cur his qui concũbunt: si desiderio mingendi tenent̃ pennis intendi uæhementius põt. An ꝙ foramina plena reddunt̃ humoris semen per angusta se promens molẽ efficit ampliorem: atq; extollit. pennis eteñi ad ipsos meatus est positus.

Qâ ob causâ tentigo & amplificatio pennis illa existere possit An duplex causa est. Vna ꝙ põdus urgens post testes facit ut pennis erigat̃. testes eñi uicem fulmenti uectorii capiũt. Altera ꝙ foramina spiritu admisso ĩplentur: ita ut genitale membꝝ ĩtumescat atq; se erigat. An humor auctus trãslatusq; facit: ut moles amplior redũdet. pennis tñ qui mensura ĩsigni adoleuerit minus se patit̃ efferri. Fit eñi ut ita pondus a fulmento uectis remotius maneat.

Qua de causa qui rem agunt untereã Aut qui ea ætate sunt quæ sufficiat ueneri male olent. uirusq; hirci reddunt. pueri aũt non ita olent. An sp̃ũs pueroꝝ ut dictũ iã est humorẽ sudorẽq; concoquere põt. Viroꝝ aũt nequit.

Cur per æstatem uiri minus mulieres magis concumbere ualeant: quod Hesiodus quoque poeta inquit Tunc fœmineo uenus usu est magis effera sexu. Mitior illa uiris & sæpe accita relanguet. Vtrum ꝙ testes eo tempore magis dimittuntur: & flacent quam per hiemem: cum qui concubiturus est retrahat: ac suscipiat illos necesse sit. An quoniam naturæ calidæ præ nimio calore æstiui temporis æstuant collabunturque: frigidæ uero refouentur & uigent. Est autem uir calidus & siccus mulier frigida humidaque. Ergo

uiroꝝ tunc uires ĩfirmanť mulieꝝ corroboranť & uigent ꝑ cõpensatione͂ q̃litatꝭ cõtrariæ.

Cur nõnulli re͂ uenereã cum uoluptate patianť & alii uel ipsi agere cupiãt. alii pati tm̃modo gestiãt. an ꝙ excreme͂tis singulis loc⁹ determĩat⁹ a natura est: in que͂ ĩstituto secerni naturali debeat sollicitataq; natura spũs excurrens tumore͂ admouet excrementũq; una extrudere solet. Verbi cã urinã in uesicã: cibũ cõsũptũ in aluũ lachrymã in oculos: mucore͂ in nares sanguine͂ in uenas naturæ deduci placuit. His aũt ꝓxime geniturã quoq; in testes & pennã deferri cõstitutũ est. Quib⁹ itaq; meatus habitu suo naturali ꝑuanť. uel quia obcecati sunt qui ad penne͂ tendãt: q̃d spadonibus hisq; similib⁹ euenit. uel etiã aliis de causis. his talis humor in sede͂ cõfluit. quippe qui hac trãsmeare soleat. Q̃d eius loci cõtractio ĩ coeũdo & partiũ sedi appositaꝝ cõsũptio ĩdicãt. Qui si admodũ sæmĩe genitali abundãt excrementũ illud large in eũ locũ se colligit itaq; cũ excitata cupiditas est attritũ pars ea desiderat ĩ quã cõfluit excrementũ. Cupiditas ãt excitari tũ a cibo: tũ ab imaginatione põt. Cũ enĩ alťutra de cã libido cõmota est: sp̃s eode͂ cõcurrit: & genus id excrementi cõfluit quo secedere natũ est. & si tenue spirituosũue est cũ diflatũ id fuerit: reqescũt que͂admodũ pueris: & adolesce͂tib⁹ ĩterdũ nullo secreto humore cessare tentigines possunt. Sed si crassũ corpulentũq; est. nisi extruso quiescere neq̃unt: ꝙ si neutꝝ coꝝ accidit: cupiũt quousq; ad alterutꝝ accidat Quoꝝ uero natura mollis & fœminea est. ita hi cõstant ut genitura uel nulla uel mĩma eo ueniat: quo illoꝝ secerniť. qui p̃dicti natura ĩtegra sunt. sed se in parte͂ sedis diuertat. quod ꝓpterea euenit: quia p̃ter naturæ normã cõstiterunt. Cũ enĩ mares crearenť ita degenerarunt. ut parte͂ uirile͂ mancã: atq; oblesã hr̃e cogerenť. Lesio aũt alia re͂ oĩno corrũpit. alia ꝑuertit & uiciat. At genus illud corrũpens: ut in his sit fieri nõ põt. Ita enĩ mulieres non uiri crearenť. Ergo puerti citariq; aliorsũ quã secernendũ natura uoluit necesse est. Vñ fit ut insatiabiles etiã sint modo mulieꝝ. humor enĩ sollicitãs ille exiguus est. Nec quicq̃ se ꝓmere conať refrigeraťq; celeriter. Quib⁹ itaq; sede͂ humor ex toto adiuit. hi pati tm̃modo auent. Quib⁹ aũt in utrãq; parte͂ sese disꝑtiit hi & agere & pati concupiunt. idq; ãplius quo tãdem pleni⁹ fluxerit. Sed sť quib⁹ uel ex cõsuetudĩe affect⁹ hic accidat. fit enĩ ut tã gestianť quã cũ agunt utq; genitura͂ nihilomin⁹ ita emittere ualeãt. Ergo agere cupiunt quib⁹ hæc ipsa usu euenerunt. & cõsuetudo magis ueluti in naturã iccirco illis euadit q̃bus nõ añ pube͂ sed in ea uicium patiendi inualuit qm̃ is recordatio rei cum desiderãt oriť. Vna autem cum recordatione gestiens exultat uoluptas. desiderãt autem ꝑinde ac nati ad patiendum. magna igitur parte uel ob cõsuetudinem res existit. Sed si accedat ut idem & salax & mollis sit longe expeditius hæc oĩa euenire posse putandum est.

Cur hoĩes re͂ agere uenereã cupie͂tes cõfiteri se cupe maxĩe pudet. Bide͂di aut edendi aut aliq̃d eiusmõi facie͂di desiderio cũ teneãť cõfiťi nõ pudet. an ꝙ reꝝ plurimaꝝ cupiditates necessarie sť. & nõnulle nisi expleanť ĩterimũt. Rei ãt ueneræ libido supfluit & abundãtiæ ĩdex est.

Cur uiri ꝑ hieme͂ mulieres ꝑ æstate͂ rei ueneræ appetentiores sũt. An ꝙ uiris calidior natura & siccior est: mulierib⁹ ãt humida frigidaq;. quãobre͂ illis humor & calor satis cupiditate͂ ueneris hiberno tp̃e accendere q̃unt: quib⁹ rebus sæmen oriri certum est. Mulierib⁹ ãt & calor minor & humor cõcretus ꝓpter caloris ĩopiã tunc est. At per æstatem cõtra mulierib⁹ calor modicus. Viris largior quã satis sit. nimius enim uires frãgit atq; dissoluit. Quapropter pueri quoq; per æstatem tenuiores redduntť. Incidit enĩ ut ignis igni coniungať.

Cur quib⁹ natura calida est. si modo robusti pleniq; sint nisi cõcubãt. his sæpe bilis ꝓsistit & aluus amara secedit: & pituita salsa cõficiť & color corporis ĩmutať. An ꝙ semꝑ cum sæmĩe una excrementi aliq̃d exit. Vñ etiã nõnulloꝝ excreme͂tis abundãtiũ genitura lauamentũ piscium redolet. Igiť excrementum quoq; illud cõcumbenti decedit. Itaq; nihil est q̃d possit affligere. Abstinenti ãt manet & amaꝝ salsũue reddiť.

Cur libidinosi sũt q melãcolici. An ꝙ flatu redundãt. Sæmen ãt decessio flatus est. Ergo quib⁹ idipsũ amplificatũ: hos sæpe purgari appetere necesse est. Sic enĩ efficiť ut leuentur.

Cur aues & pilosi hoĩes libidine uæhementer agunť. Vtꝝ ꝙ multum humoris continent. an non ea ratio est. Fœmina enim quæ humida est pilis uacat sed potius ꝙ genus illud utrũq; naturæ multi humoris concoquens propter caloris copiam est. Indicio pilus est atq; penna. An ꝙ & multum inest humoris: & id a calore superať. Neque enĩ si multum nõ esset humoris: neq; si nõ a calore uinceretur pennæ auibus pili hominibus possent unquã oriri. Sæmen autem uel loci ac temporis portione uel ratione creari plurimum põt: ut in aere ut in uere. Nã ei⁹ natura calida & humida est. Fit etiã ratione cõmuni ut aues & claudi hoĩes salaces

nimirũ ſint. alimentum enĩ utriſqꝫ ſeorſum quidem exiguum ꝓfluit ꝓpter uicium cruris. In ſublime uero affati effertur atqꝫ in ſemen conuertitur.

Cur hoĩ cũ concũbit oculi poriſſimũ ĩfirmant̃. An ꝙ humore deficiente id accidit. Argumentum uero frigidã eſſe geniturã ꝙ humida nunquã reddit̃: niſi calefiat. nec ullã deſiderat liq̃factionem q̃nquidem per uniuerſũ corpus expaſſa eſt quemadmodum ſanguis.

QVINTA PARTICVLA QVAE AD LABOREM QVIETEM ATQꝫ HABITVM CORPORIS PERTINENT. THEO. INTER.

c

Vr ambulationes ꝓlixe quidẽ per plana laborioſiores ſũt q̃ ꝑ incõpta: breues aũt leuiores. An ꝙ mẽbra tũ a multo: tũ a uæhemente motu fatigant̃. ẽ aũt uehemẽs q paſſim per loca ĩæq̃lia agit̃. multus uero q cõtinens unuſqꝫ eſt. Locis igit̃ ĩæq̃libus tãetſi lõga motio acta eſt: tñ reqẽ mutatio ꝑſtat. faciqꝫ ut lõga nõ ſit ne ipoꝝ qdẽ equoꝝ ꝓpter mutationẽ. Planis ãt hĩtus ſimilitudo & ꝑitas nihil ĩterpellat nec mẽbris ullã ꝑſtat q̇etẽ. ſꝫ efficit ut mouẽdi rõ cõtinuet̃. at uero ſi breuis ſit nimietas qdẽ motꝰ nulla ĩ planis fatigabit. accliuibꝰ ãt qm̃ ĩmutatio uehemẽs & cõtraria corpꝰ mõ ſurſũ mõ deorſũ uexat: fatiget̃ neceſſe eſt. Talis uero motꝰ ut dictũ eſt qui ꝑ ardua agit̃ cõtrariꝰ qui ꝑ plana.

Quã ob cãm qui aĩo deficiũt: & qui præ nimio exercitãdi labore diſſoluunt̃ mole corporis cõtractiore exiſtũt uocemqꝫ reddere acutiorẽ putant̃. An quia uoces minores mittunt̃. ideo acutiores eſſe uident̃. Argumentũ ꝙ qui clamãtes a lõge ĩmitant̃ acute ꝓferunt. Moles aũt corpoꝝ minores iccirco reddunt̃ ꝙ ſanguis ſe a ſũmis corporis partibus ſeuocat ad imas.

Cur uenter tm̃modo extenuat̃ eoꝝ qui ſe exercitationi dederunt. An qm̃ uenter pingue amplectitur plurimum.

Cur pingue eoꝝ abſumit̃ qui ſe laboribꝰ dederũt. Caro aũt nullatenus emacerat̃. An qm̃ pingue concalefactũ liq̃ſcit qđ carni non euenit. Motio aũt concalefacit.

Cur uent̃ opimꝰ admodũ eſſe ſolet. Vtꝝ ꝙ cibo ꝓpinquus eſt. Dũqꝫ cæt̃a mẽbra ex uẽtre hauriunt. Venter ipẽ ſibi ſæpiꝰ ĩgerit. an qm̃ mĩme uenter laborat. Flexibꝰ enĩ hic nullis cõtorq̃t̃.

Cur meliꝰ fatigationes tũ ceſſãt cũ q̇s ex aq̃ oleo ꝑmixta ſe ꝑfricuit. an qm̃ oleũ magis ſubire cũ aq̃ põt quã ſi ꝑ ſeipm̃ eſt. Ducit̃ enĩ ſuapte natura ut ĩnatet & fluitet ubi aũt ſubiit corpꝰ ſubĩde ãplius emollit̃. an q̃a oleũ natura calidum eſt. calidũ ãt qđqꝫ & ſiccat & ĩdurat. at mẽbris fatigatı ſiccitas & duricies incõmode oĩo ſt̃. mixtũ igit̃ aq̃ eo plus iuuat quo minꝰ ſiccat

Cur laſſis corporibꝰ euomendũ ꝑcipitur: cũ tñ uomitꝰ ſit laborioſiꝰ. an ꝙ laſſitudo colliſis oſſibus aut ꝑſſatis aut fatigatı cõſeq ſoleat. quos quidẽ affectꝰ patiunt̃ extrinſecꝰ: idqꝫ bifariã. aut enĩ cũ copia carnis uires exuꝑauit oſſiũ. aut cũ freq̃ns corpꝰ ſe cæt̃o corpori miſcuit. qđ locũ ſibi obtinere apte nõ poſſit q̃lis genꝰ excrementoꝝ eſt. Põdera enĩ q̇cũqꝫ extrinſecꝰ corpori applicent̃ laborioſiora ſt̃ quã ipſa corpis mẽbra etiã ſi põdere leuiora illis eſſe cõtigerit argumentũ ꝙ qui plus æquo uel ederit uel biberit: hi minꝰ quãuis laborarit q̃ ieiuni grauiꝰ tñ fatigant̃. qm̃ cibꝰ locũ ſuũ nõ obtinet: utpote qui adhuc maneat crudꝰ. Cũ ãt fatigatio maceret atqꝫ colliq̃faciat colliq̃mentũ ãt nõniſi excrementũ ſit hoc eſt qđ laſſitudinem mouet dum temere uagat̃ occurſatqꝫ oſſibꝰ & neruis & ĩtimis carnis q̃ rara ſoluta patefactaqꝫ ſubſtãt. uomitꝰ igit̃ cũ id extrudat qđ fatigationem ĩducit merito hoĩem recreat liberatqꝫ a laſſitudine. corpꝰ enĩ q̃le ꝑncipio fuerit tale reſtituit. Elaxat ãt uomitꝰ nõ nimii motꝰ rõe: ſed ſi ita fuerit; ut nõ plene agat̃: copia enĩciboꝝ q̃ in uẽtriculo remãſerit & excrementa q̃ his incidãt cibis: faciunt ut laſſitudo uomitum cõſeq̃tur quemadmodum ĩ corporibꝰ nimium ĩpletis dictum iã eſt. Qđ ſi nec illis cãm laſſeſcendi labor ĩferat ſed cum ita ſeſe hñt laborarit nec iis qui nõ totum cibum eiecerit uomitꝰ cã foret laſſeſcendi. nã ſi hoc eſſet haud erat ꝙ nõ oĩbꝰ euomẽtibꝰ laſſitudo ĩcideret nũc uero multi poſt ubi euomerũt alacriores certe reddũt̃

Cur laborioſiꝰ brachio ẽ ĩanẽ iactaſſe manũ quã cũ alt̃e. an ꝙ ĩani iactura brachiũ q̃ſi cõuellit̃ uæhementiꝰ. Nulla enĩ in re nitit̃ quẽadmodũ cũ mittit miſſili obdito fulcire ſe põt. Huic ꝓxĩe ſaltãs quoqꝫ põdiſculis ſuſceptis ĩnitit̃. Et qui currit manꝰ obq̃tiens ſe ſuſtentat. Quã obrẽ ille plus ꝓſilit alt̃es tenens quã nõ tenens. hic ucelociꝰ currit manꝰ obq̃tiens q̃ nõ obq̃tiẽs

Quã ob cãm curſus urlox tã in hoĩum gñe quã in cæteroꝝ aĩantiũ facit ut capita a morbo tẽptent̃ quãquã curſus unuſq̇ſqꝫ detrahere ad ima genꝰ oẽ excrementoꝝ putat̃ ut ambulatio q̃ propt̃ crura eoꝝ ĩplent̃. qui nimiũ ãbulãt: qm̃ de parte ſuꝑiore ad imã labit̃ & alimentũ oẽ & excrementum: an motꝰ quidem ubi agere idem põt. Veꝝ motꝰ uelox cum uires ĩtendit & ſpiritum retinet caput cõcalefacit: eiuſqꝫ uenas nimiꝝ ĩflat & attrahentes redit facultatis externe ut frigoris ut caloris. adde q̃ in pectore cõtinent̃. nã ea quoqꝫ attrahi reſorberiqꝫ ĩde credendum eſt. Quibus rebus admiſſis locum ægrotare illum neceſſe eſt.

Cur locis æq̄libus quā īæq̄libus magis fatigaꝫ:ocius aūt iter æq̄le quā īæq̄le cōficiꝫ.an minꝰ
laboris tunc est cū motus nō semꝑ eodē hitu agiꝫ:qđ īgressu æq̄li potius fit:ocius enī īgre
dimur ubi minus cōtra naturā mouemur.Ergo per locum æq̄lem parce atq; freq̄nter & po
nitur & attolliꝫ per inæqualē aūt cōtra.Atq; rō attollendi cōtra naturā est.Vi nāq; oēm at
tollēdi usū exeq̄mur:qđ aūt ꝑ singulos gradꝰ paulū reddiꝫ id multū ꝑ mulos demū exultat.
Cur in planis laboriosius accubamus quā in cōcauis. An eadem rō est cur etiā in conuexis la-
boriosius quā planis.Cū enī pondus corporis se eundē in locū in sedendo accubādoue col
ligit facit per afflictationē ut laboreꝫ.Incuruū igiꝫ ꝗ rectum.idq; quā cōcauū magis tale se
exhibet.nostꝝ etenī corpus in orbē se colligit potius quā dirigat in processū.Quæ aūt eius
modi sunt hæc per plura attinguntꝫ a concauis quā a planis.his eisdem de causis etiā fit ut ꝗ
cedunt minus quā dura & renitentia fatigent:& in accubādo & in sedendo.
Cur breues deābulationes fatigationē mouere amplius soleāt.An q̄a euariāt incōpteq; sūt.fa
ciūt enī ut sæpe subsistaꝫ.de cōtrario āt ī cōtrariū freq̄nter mutari laboriosū est.Neutri nā
q; asuescere sinit ꝗ q̄dē asuescēdi rō uacat fatigatiōe:utriq; āt simul ut asuescas fieri n̄ pōt.
Cur qui equo uehunꝫ quo lōgius equus decurrerit eo magis emittere lachrymas solent.Vtꝝ
q̄m aer qui se obiectat subinde eo frigidior est:quominus teporis corpus attigerit.qđ his
etiā euenit qui cursū nudo corpore agunt:frigus aūt mouere lachrymā pōt an contra.Res
enī calida lachrymā ciet uelut sol.Motus aūt nimiꝝ calorem efficere pōt.An propter ictū
illatum ab aere illud accidit.Quomodo enī uenti aduersi oculos perturbāt sic aer occursās
eo magis ferire potest quo equus uelocius agitaꝫ.
Cur cætera mēbra cū ꝑfricanꝫ pleniora euadāt uenꝫ aūt soleat extenuari.an ꝑfrictione ꝓtinꝰ
uæhementiore extenuaꝫ cū is etiā īpleri soleat illa fricādi rōne quā paulatī amplificādo ad
mouemus sed nō æque ꝓficit atq; caro qua de re q̄riꝫ.Quippe cū oīno in exercitādo laborā
doq; uenter p̄cipue extenueꝫ.rō igiꝫ ꝙ opima oīa cōcalefacta liq̄scunt:& ea magis ꝗ tensa
suapte natura sunt:uenꝫ aūt cuteus est.cutis uero sua natura tensionē habet sed enī ꝙ uē-
ter celerrime opimaꝫ ideo & pingue aliq̄d semꝑ obtinet.nisi morbo laboret.Cuiꝰ rei causā
dixerī ꝙ cibo ex uicino positus est.Cū igiꝫ oīno pingue res propria naturæ nō sit.sed aduē
ticiū:nec ita necessariū ut caro adhereat:ideo & exercitādi & ꝑfricādi agitatio uentrē cōcale
faciens liquefacit & macerat alimentūq; quod īde redūdet membris cæteris dispꝫit quāob
rē sedile uentre opimat reliquū corpus extenuat.Motiones uero ꝑfrictionesq; uentrem ex
tenuāt reliquum corpus īplent & augent.
Cur pacto longo itinere aut cursu siquis se suꝑ sūmos cōstiterit digitos calces pedū conq̄tiū-
tur,ꝑniq; deorsū labunꝫ.an ꝑpter cōtinuatū uehementēq; motū cōcitati nerui nōdū requie
scunt.Fit enī sæpe ut aīus euincere corpus totū possit.Mēbra aūt singula īhibere nō possit
ubi se quendā in modū cōmouere.nō enī cor nō pennē excitū residere aīus cogere pōt.Rō
aūt rei quā q̄rimus est ꝙ multū spūs circa neruos deuriꝫ:qđ non simul ac substiteris refrige
scere potest.Is igiꝫ sp̄s conq̄tiens ueluti subtrahēdo suo motu deducit facitq; ut pars remo
tissima minime contineaꝫ.Itaq; calces tremescunt quemadmodum imum labꝝ hoīs iratis.
Qua de cā qui nō cōcitate admodū currunt numerose respirāt.utꝝ ꝙ numerꝰ oīs mensurā cer-
to recipit motu talis āt motꝰ est qui ꝑ eq̄s agiꝫ portiones quēadmodū agūt qui currūt leuiꝫ
ergo simulatq; agere cursū īcœpint respirāt ita ut cū spiratio ꝑ compes uices ꝑꝑ parē meti-
endi motū reddaꝫ numeꝝ siue modulationē possit cōtinuare.An ꝙ oīs spirādi rō cōpari ui
cissitudīe cōfici soleat.mō q̄s nō retineat:sed tenore trahēdi a nā deꝫminato utaꝫ igiꝫ cū se
demꝰ aut ābulamus ꝙ motꝰ corꝑis mediocris est:numerꝰ palā nō fieri pōt.cū itē cursū cōcita
te agimꝰ ꝙ sēsus cōseq̄ motū neq̄at numeꝝ ꝑcipe respirādi haud q̄ꝗ ualemꝰ.at cū mediocriꝫ
nos īpi cōcitemꝰ motꝰ īpi mediocris mēsurā modū respirādi sēsibilē p̄stās explicare nūeꝝ pōt.
Quare intercurrendum aer īflatum conuerti nobis uideaꝫ.utꝝ q̄m dum per cursū agitamur
aerem corporibus nostris continentem excitamus.qđ nonnisi flatum mouere profecto est.
quocirca non solum uideꝫ:sed etiā uero īflatum aer conuertiꝫ.An ꝙ in currendo aerē īpe
tu nr̄o uiolemus.quo facto sensu aeris per motum magis afficiamur.Ergo recte inflatum
aer se conuertere uideatur.Hoc enī ratione īpetus potest euenire.
Quāobrem currentes potius cadimus quā ambulantes.An ꝙ magis quā moueamur attollimꝰ
hoc enī īter cursum & ambulationem īterest.
Cur ascendentes genibꝰ descendentes femoribꝰ elaboramus.An q̄m dū ascendimꝰ corpus sur
sū iactamus distensionēq; corporis genuūq; mouemus ex quo genibus laborādū est:ꝓcli-
uis āt locis eo femoribꝰ laboraꝫ ꝙ his īpis enixi crura submouemꝰ ad hæc oē qđ p̄ter nām fit

laborē dolorēq; mouet: est aūt ſm naturā genibus ut ante flectant' femorib9 aūt ut retro a locis accliuis genua retroflectunt' ꝓcliuis aūt femora añ cogunt' corpus enī se pronum pro pensūq; ita defertur.

Cur in itinere media femoris parte potissimū fatigari solemus. An ꝙ lōgi cuiusq; atq; continui pars potissimum media laborat: cū.s.stabilitum fixūq; manet. quāobrē hæc ꝑcipue rūpitur. Femur aūt tale est: ergo partem potissimū mediā eius fatigare merito solemus.

Quā ob causā qui humida constāt natura facile a labore æstuq; strangulant'. An ꝙ humor cōcalefactus trāsit in aera. itaq; acrius urit. ergo cū ob nimietatē facultas submouendi nō dat' refrigeratio nulla subsequit'. atq; ita celeriter homo calore īsito & aduentitio exardescit. Quapropter sudor spūsq; secessio eos iuuāt qui se exercent: qui deniq; laboribus se dederūt. Cū enī humor discernitur atq; extenuat' spiritū inde enasci necessariū est.

Quare corpora quæ modice constāt tempataq; sūt in morbū sæpius īcidunt: & facilius curātur. An utrūq; eadē de causa euenit: est enī æq̄bile qđ modicū est. qđ aūt æq̄bile id cōpatibilius est. Quāobrē si qua eius pars laborauit protinus totū collaborat. īmodicū aūt cōtra ut pote qđ se iunctius sit, partiū suaꝝ uicia minus haurit: minusq; cōsentiens est. Ergo sæpius in dicti morbū hac de causa īcidit facilius aūt curat' qm̄ malū partiū cōe oīum est. eo nanq; debili9 reddit' quo se in plura digesserit: itaq; curabili9 est. īmodicū uero illud: ut qđ rē cōem cū partibus nō hēat minus qdē ægrotat sed difficilius curat' qm̄ malū uæhementius urget.

Cur æq̄libus q̄ inæq̄libus locis magis fatigari solemus. Ocius aūt iter æq̄le q̄ īæquale expedimus. An ꝙ minus laboris tū est cū nō assidue habitu eodē mouemur. quēadmodū īgressu æq̄bili potius agit'. ocius uero īgredimur. cū ubi minus pari tpe attollimus. Ergo per locum æqualē usus attollendi exiguus est. atq; freq̄ns per inæqualē aūt ecōtrario. Qđ uero per singulos gradus paulū reddit' multū id per multos demū exultat.

Cur femora in descendendo tibiæ in ascendendo laborāt. An labor in ascendendo est quia corpus attollit'. Fit enī ut totū corpus nobis oneri sit. Itaq; cui totū incūbit. & quo totū attollitur: id ꝑcipue ꝑmit' atq; laborat hoc aūt tibia est. Postremā enī hæc longitudinē tenet nec modo pedis latitudinē aliq̄ sortit'. Vnde fit ut hoc minus se ualeat stabilire. itaq; ut humeris ita tibiis pōdus sustinemus. Laborēq; ob eā rē quo humerus maxīe affici solet: tibia quoq; patiat' necesse est. At in descendendo qm̄ corpus deorsū se defert propellitq; cōtra naturā. hinc labor & uexādi rō ꝓuenit. Itaq; laborē huic ꝑcipue admouet cui incūbit' qđq; uexat Atqui tibia manet thorax ponderi est. femur sustinet atq; uacillat eo ꝙ & porrectū in lōgitudinem est & supne uersatur qua scilicet thorax ꝓcumbit.

Cur iter lōgius tū esse uidet' cū ignari quātū sit ambulamus quā cū gnari si modo res cæteræ pares adsint. an ꝙ nosse quātū sit nōnisi nosse ei9 numeꝝ est. rēq; nō determinatā plurisquā determinatā esse ꝓspectū est ergo quēadmodū si nosti quātū sit finitū id esse necesse est sic etiā si ignoras q̄si reciprocet' aīus cauillatus oberrat infinitūq; id esse uidet' qđ finitum est. Quāobrē si quātū qđlibet determinatū nō esse putet': uelut īfinitum id esse uidebit'. eo ꝙ aptum est: ut sit determinatum. At si determiatū nō sit īfinitum est. Ergo id quoq; īfinitum quodāmodo uideri necesse est. qđ determinatum esse neq̄quā uidet'.

Cur femora magisquā tibia fatigant'. Vtꝝ ꝙ prope absunt ab ea parte q̄ excrementū cōtinet. itaq; ubi ea pars agitata nimiū recaluerit femora expeditius ac plenius attrahere possunt quā tibia. An ꝙ femora cōtinentiore cōstāt natura laborat' enī ꝑcipue ꝓpter cōtinui distractionē. quippe cū & si nullo excremento substāte fessi sumus. tñ femoribus ac lūbis acrius laboramus. an quō īguina ꝑ ictum oriri nouimus. ꝓpter uenaꝝ & neruoꝝ societatem. ita etiā lassitudo potius in femur īcumbit: qđ qdem ab initio propius abest. an ꝙ femur eadem habitus rōne fungit' suo munere magisquā tibia q̄ qdem res laboriosior est. an ꝙ femora carnis copiā sustinent. Itaq; res affatī in his inest: quā naturæ rōni tribuimus.

Quā ob causā tubercula & ulcera nōnullis ex labore ꝓueniunt. an corpore īpuro motus cōcalefaciens excremēta alia etiā cum sudore uaporatī destringit: q̄ crassa & humore prauo hoc est acuto. aut amaro aut salso cōtenta secerni penitus suā ob cōcretionē nō q̄unt. Itaq; ꝑ carnem ītumescunt atq; exulcerātur: propter amari humoris uiolentiam.

Cur nō protinus ab exercitatione aut a medicamento epoto cibus assumi debeat. an ꝙ adhuc corpus purgat': necdū a labore quiescit. Excrementaq; excita redundant.

Quāobrē currere q̄ ābulare difficili9 est. an ꝙ plus oneris fert q̄ currit: is.n. elat9 ac pēdēs on9 supse totū sustinet. at q̄ ābulat parte insistēte uicissim sustentat' q̄si pariete admotus reqescat.

Cur nō protinus ad exercitatione famere īcipimus. Vtrū propter colliqfactionis reſidua. dū penitus cōcoquatᷣ. An propter ſpiritū quē labor ex humore ſubdito mouet. An propter ſiti quā laboris calor inducit. Hæc enī accidunt oīa.

Cur genitura in ſōnis his profluere ſolet: qui aut labore laſſeſcūt: aut tabie cōſumuntᷣ. An ꝙ oīno ita incontinentes ſunt qui natura calida & humida conſtant. Sæmen enī tale natura eſt: qđ aūt tale eſt ex his qui tali hītu ſūt potiſſimū profluit cū calor ſōni acceſſit. quippe cū corpora tantiſꝑ exiguū momentū deſiderent. idqꝫ intrinſecus nō extrinſecus. Laſſi aūt & tabeſcentes ita affecti ſūt. Redundāt enī & elaſſati colliquamentis calidis propter fatigationē & motū. & tabefacti propter deſtillationē & calorē quē īflamatio mouet.

Quā ob cām crus ſuū ſiniſtꝝ diuti⁹ ꝑfricare cuiqꝫ difficili⁹ ē ꝗ dextꝝ. An ꝙ p̄te dextˀa laborare ualem⁹. Reb⁹ aūt p̄ter naturā ꝓficiſcentib⁹ annumerāda cruris ſiniſtri frictio eſt. Fit enī dextra trāſuerſa ī partē obiectā. Quæ aūt p̄ter naturā fiūt: hæc factu ſūt difficilia. Siniſtra uero manu partē ꝑfricādo dextrā nil tale ꝑcipimus: qm̄ hæc neutrā in partem apta potenſqꝫ eſt.

Cur breues deambulationes laborioſiores ſunt. An ꝙ crebro ſubſiſtimus: neqꝫ æquabili īceſſu mouemur cū flectimus: quod certe laborioſū eſt.

Cur in ſole cū ſtamus amplius recaleſcimus ꝗ cū mouemur: cū tamē motus oīs uim calefactoriā habeat. An non oē mouendi gen⁹ calefacit: ſed eſt etiam quod refrigeret. Quod etiā in ollis feruentibus patet quotiens eas aflamus aut uerſamus. An quia cū ſtamus calor permanet. is aūt cū ꝑmanet amplius calefacit quā cū mouetur. Corpus etenī noſtrū uaporē de ſe quendā mittit aſſidue tepidū qui proximū aerē tepefacit quēadmodū titio. Cū igitᷣ quieſcimus aer nos circunfūdens calidus ob p̄dictā cauſā redditᷣ. At cū mouemur flatus excitatᷣ qui refrigerare nos pōt. flatus enī quiſqꝫ frigidus eſt.

Quā ob cauſā qui equo currūt: quo contentius curſum arripit equus: eo magis lachrymas mittunt. Et qui pedibus eo magis quo ītenderint uæhementius. Vtꝝ qm̄ aer occurſans frigidus eſt frigus enī lachrymas mouet. quippe ꝙ contrahendo cōdenſandoqꝫ carnē humorem exprimat. An potius contra. Calor enī ſudorē elicit lachrymā aūt ſudor quidā eſt. quapropter a cōcalefactione utrūqꝫ mouetᷣ & ſudor & lachryma. ſalſaqꝫ pariter ambo ſentiuntur. Calorē aūt efficere motus pōt. An propter aeris ictū. Quō enī flatus aduerſi oculos perturbant: ita etiā aer qui ſe obiectat quo quis cōtentius equū agitat aut ipſe currit eo magis ictu quodā molli obuerberat & ferit quo fit ut ſe lachrymæ ꝓmāt ſcilicet meatibus oculoꝝ relaxatis appulſu eiuſmodi. Oīs etenī ict⁹ uim aut ſecādi habet: aut collidendi & cōtundendi.

Quāobrē qui curſū cōcitate agūt cōuulſis maxime corripiantᷣ ubi quis intercurrendū eis ſubſtiterit. An ꝙ ea potiſſimū diuelluntᷣ quæ in partē cōtrariā uæhementer trahimus atqꝫ mouemus. Cū igitᷣ homini currenti uæhementerqꝫ mēbra ultra propellenti quis obuiā factus obſtiterit accidit ut in partē retorqueantur cōtrariā: ꝗ adhuc ante ꝓtendūt atque proripiūt. Itaqꝫ diuulſio eo uæhementior īcidit quo curſus contentius agitᷣ.

Cur ambulationes minus laborioſæ ſunt quæ īæquales quā quæ recte aguntᷣ. An ꝙ delatio erecta ſm̄ naturā corporis uniuerſi eſt. Ideo ambulationes quas loca æquabilia p̄ſtāt laborioſiores quā inæquabiles ſunt ꝙ in eaſdē partes laborē enī admouēt. quod inæquales illæ nō faciūt. Diſpertiunt enī magis in oēs corporis partes. calidis uero tp̄ibus actæ ambulationes plus ualent quā frigidis. quippe quæ partibus externis laboris plus afferant. & quidem ſudorē ob eā rem euocādo extenuent. Frigidis cōtra carnē reddunt cōſtātiorē: & ſtomachū excitant ciborūqꝫ faciunt auidiorē. Partibus enī internis calorē augent: membriſqꝫ ad frigoris appulſū torpentibus locū intimū calore amplificato efficatius purgāt. Carnē uero ſolidiorē efficiunt ut quæ per eā uniuerſā nequeāt ſupare. Accliues etiā ambulationes laborioſiores ſunt quā decliues. magiſqꝫ extenuāt. Faciūt enī accliues ut lūbi potiſſimū laborent: decliues ut femora. Pondus enī totū femoribus īcumbens grauiſſime p̄mit. quod idem cū præter naturā ſurſū efferri a calore cogatᷣ maiorē in modū calefacit. Itaqꝫ efficitur ut arduum ambulandi genus ſudores moueat ſpiritū ſuſpendendo extenuet lūbis dolorē infligat Crura enī magna cū difficultate ſe in ſublime incipiūt: lūbos inflectunt: frangunt: euellūt quib⁹ de cauſis labor præcipuus ſequatᷣ neceſſe eſt. Locis aūt duris ac renitentibus habitæ ambulationes muſculos & neruos cruriū effatigāt. Quippe quæ cōtentiones tā neruis quā muſculis moueant cū enixu agantur uiolento. Mollibus uero & cedentibus locis facta ambulatione articuli potiſſimū ſentiūt. Flexus enī articuloꝝ ꝑcrebreſcit cū ſolū ſuccūbat dilabatur & cedat eadē queſtio eſt. Et cur locis arduis difficilis ambulemus. An qm̄ oīs īgreſ-

ſus attollentia & poſitione conficitur. Attollere igitur præter naturam eſt ponere ſecundũ naturam ꝑponere medium tenet. in ambulando autẽ locis arduis multum ſortis illius auerſe a natura proculdubio eſt.
Quare qui curſum ex equo arripiũt minus decidunt. An quod magis cauẽt q̃ timent.
Cur ſedile alios impleat. alios exetenuet. Vtrũ habit⁹ corpoꝝ diſtẽt iter ſeſe. ut alii calidi alii frigidi ſint. ergo ſi ita eſt calidi implẽtur. Cibũ enĩ corpus ui ſui caloris exuperat. Frigidi aũt ꝙ aduẽticiũ calorẽ deſiderãt. quẽ ex mouẽdi ratione potiſſimũ corpus acquirit cõcoq̃re nequeũt dũ quieſcũt: An ꝙ alii excremẽtis redũdat & ob eã rem motũ deſiderãt alii nõ.
Cur partes corporis diſtendende ſint. quod qui ſe exercitant facere conſueuerunt. An ꝙ meatus ſpiritu ſuo perpurgari oporteat.
Cur inflexo corpore cubare melius eſt. quod etiã medici plærĩq; præcipiũt. An ꝙ uenter cũ recaleſcit cũcoquere celerius põt. Sic aũt fit ut recaleat. Ad hæc locũ flatibus dare in quẽ incũbãt. & ĩnitant̃ oportet. ita enĩ minime infeſtabũt. hic enim & uarices & cæteri abſceſſus iuuãt ꝙ uẽtriculos cõtinẽt ĩ qb⁹ flatũ recipere q̄unt. Ergo corpe extẽto cauerna nulla eiuſmodi adigi põt. locũ eteni oẽm uiſcera occupãt. ĩflexo aũt ſingula laxant̃ & ſinuantur.
Cur uertigo ſurgẽti pocius accidat q̃ ſedẽti. An qm̃ quieſcẽti humor uniuerſus unũ in mẽbꝝ ſe colligit. & quo cruda etiam oua nequeũt circumuerti. ſed protinus decidunt. Mouẽti autem humor ſe æque expandit.. Surgimus igitur a qete. q̃ ita affecti ſumus. ſedemus uero a motu quo humor æquabili modo quaq; uerſus ſe porrigit.
Quã ob cãm cũ parte corporis dextra cubam⁹ ſõnus magis accedit. Vtrꝝ ꝙ uigilãtes contra q̃ dormiẽtes habemus ergo cũ uigilãdo parte accubemus ſiniſtra. contrarium ſequet̃ in dormiendi initio cũ id contrariũ ſit. An ꝙ ſomnus priuatio motionis eſt. Partes igitur quaꝝ mouere intereſt. quieſcãt oportet. Dextrarum autẽ partiũ mouere intereſt. Cum autẽ ita accubamus uelut initiũ quod de reſurgẽdi detẽtũ obligatũq; habemus.
Cur torpeamus & cur man⁹ potiſſimũ & pedes. An ꝙ turpor refrigeratio eſt. Fit enĩ propter ſanguinis priuationem tranſlationemq;. Manus aũt & pedes omnium maxime partiũ carnis inopes nerui uberes ſunt. ſed præcipue pedes. itaq; ad refrigerationem celerem ſua natura nimirũ habiles redduntur.
Cur libent̃ in latus accubamus ſiniſtrꝝ. in dextrꝝ aũt potius dormimus. Vtrꝝ qm̃ cõuerſi ad lucẽ minus dormire. ſomnus enĩ in tenebris ocius obrepit poſſumus. An ꝙ dũ in latus accubamus ſiniſtrũ uigilare magna ex parte conſueuimus. & opeꝝ functio ſic nobis expeditior eſt. itaq; ad contrarium opus contrarius habitus ſiue ſitus requiritur. inuitatur autem quiſq; magis ad opus fungendum habitus ſui ratione.

SEXTA PARTICVLA QVAE AD CONSENSVM NATVRE ANIMANTIVM PERTINENT

c Vr a morbis nonnullis ægrotãt qui appropinquarint a ſanitate nemo ſanari poteſt. An qm̃ morbus motio eſt. Sanitas aũt quies ergo illa mouere põt hæc non põt. An ꝙ alteꝝ non uoluntarie. alterũ uolũtarie accidit Res aũt non uolũtarie a uolũtariis cõſultiſq; plurimũ differũt.
